d) In der Congregation den 7. Dec. 1414 wurde von den dem Papste Joh. XXIII. ergebenen Italiänern der Antrag gemacht (s. Schedula bei *v. d. Hardt* IV, I. p. 24), quod declararetur, Concilium Pisanum, omniaque et singula acta et gesta in eo, indeque secuta, fuisse et esse rationabilia et canonica, et ab omnibus et per omnia admittendum fore, et sub poenis canonicis admitti debere, et executioni subjacere condemnata in eo. Et pro eorum executione quod Papa teneatur et debeat expellere Petrum de Luna, et persequi Errorium (*Gregorium XII.*) dejectos, eorumque fautores et defensores. Dagegen suchte *Petrus de Alliaco, Card. Cameracensis*, die Bestätigung des Concils von Pisa abzuwenden (Schedula bei *v. d. Hardt II. p.* 194): In praesenti Concilio non est revocandum in dubium, sed pro fundamento supponendum, quod Concilium Pisanum fuit legitimum, et canonice celebratum, et ideo stabile et firmum. — Confirmatio Pisani Concilii, simpliciter et sine nova causa facta, non habet proprie auctoritatem mentes solidandi, sed magis irritandi, nec omnem scrupulositatem in causa dicti Pisani Concilii amovendi, seu errores circa ipsum extirpandi, sed magis novos errores inducendi, et schismatis obstinationem confirmandi, nisi prius convenientia remedia adhibeantur. In einer zweiten *Schedula* schlug er vor (*l. c. p.* 196): quia ejectio duorum contendentium de Papatu non est facilis vel verosimilis obtineri via belli, tentandum erit, et diligenter tractandum, quod fiat pax per ipsorum reductionem vel voluntariam cessionem. Noch deutlicher trat er darauf in einigen *Conclusiones* hervor (*l. c. p.* 200): Licet Concilium Pisanum probabiliter credatur repraesentasse universalem Ecclesiam, et vices ejus gessisse, quae Spiritu Sancto regitur, et errare non poterit: tamen propter hoc non est necessario concludendum, quod a quocunque fideli sit firmiter credendum, quod illud Concilium errare non

sich, als eine furchtbare Anklage die Untersuchung seiner Schandthaten herbeizuführen drohete, genöthigt, den 2. März

potuit, *cum plura priora Concilia fuerint generalia reputata, quae errasse leguntur. Nam secundum quosdam magnos Doctores generale Concilium potest errare non solum in facto, sed etiam in jure, et quod magis est, in fide. Quia sola universalis Ecclesia hoc habet privilegium, quod in fide errare non potest.* Im Januar 1415 kamen auch Gesandte Gregors XII. und Benedicts XIII. (*v. d. Hardt IV, II. p.* 33 *ss.*), und Gregorius XII. erklärte durch die seinigen (*v. d. Hardt II. p.* 204): viam cessionis Papatus — ex nunc pura et sincera intentione offerimus — juxta determinationem Concilii per Regiam Majestatem de omnibus obedientiis et nationibus in hoc schismate in civitate Constantiensi congregati, dicto Balthasare, qui a nonnullis Johannes XXIII. nuncupatur, non praesidente, nec interessente, cum effectu perficiendam, praefatis Petro de Luna et Balthasar Cossa idem facientibus. Da erst, im Februar, trat der *Cardinalis S. Marci* (*Guilelmus Philasterius*, früher Decan in Rheims) mit dem Vorschlage hervor (*v. d. Hardt II. p.* 210) cessionis fiendae ab omnibus, und erklärte sich auf die Frage, utrum ad illam teneatur Dominus Johannes? dahin: in casu, in quo est manifeste Summus Pontifex, quanto verior pastor Ecclesiae, tanto libentius, ferventius et citius debet pro pace et unione Ecclesiae aggredi viam cessionis et offerre. Patet conclusio ex dictis summi pastoris dicentis: *bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis* (*Jo.* 10, 12). — Si autem animam tenetur ponere, multo magis accidentia vitae, honorem, potestatem, dominatum. — Quia ex praemissis tenetur ad hoc, igitur compelli potest, si recusat. — Nec dubitandum, quin generale Concilium sit judex competens in hac parte. Dagegen gab zwar die päpstliche Parthey mehrere *Schedulae* ein (*l. c. p.* 214 *ss.*), in welchen insbes. nachgewiesen wurde p. 216: Via cessionis, quae Domino nostro proponitur, — quoad Concilium Pisanum, est irrationabilis et injusta, quia est reprobativa et annullativa ipsius Concilii Pisani. Darauf erwiderte aber der *Card. Cameracensis* (*p.* 220): Licet Concilium (Pisanum) fuerit legitime et canonice con-

1415 seine Abdankung zu versprechen e). Zwar entfloh er

vocatum, rite et canonice celebratum, et duo olim contendentes de Papatu juste et canonice condemnati, et electio Domini Alexandri V. fuerit canonice et rite facta, — prout haec omnia tenet Obedientia Domini nostri Papae Johannis XXIII.: tamen duae Obedientiae duorum contendentium probabiliter tenent contrarium. In qua opinionum diversa et adversa varietate non sunt minores difficultates juris et facti, quam ante Concilium Pisanum erant de justitia duorum contendentium. Ex quo sequitur secunda conclusio, quod, sicut ante Concilium Pisanum ad evitandum difficultates juris et facti, et prolixitatem, et dilationem pacis Ecclesiae, tunc acceptata fuit ab omnibus Christifidelibus et laudata via cessionis amborum contendentium, sic et nunc trium contendentium de Papatu, similiter etiam majori ratione acceptanda est et laudanda. — Sexta conclusio: Licet regulariter Papa verus et canonicus, de haeresi aut nullo notorio crimine Ecclesiam scandalizante non infamatus, nec suspectus, nequeat ab aliquo particulari collegio, seu persona singulari contra ea quae sunt sui juris compelli vel arctari: tamen ab universali Ecclesia, seu Concilio generali ipsam repraesentante, attenta prolixitate casus praesentis, pro pace Ecclesiae celerius procuranda, juste posset ad cessionem compelli. Septima conclusio: Si in casu praedicto Papa dictam viam pertinaciter recusaret, legitime posset tanquam schismaticus et de fautoria schismaticae pravitatis suspectus rationabiliter condemnari. Der Erfolg dieser Verhandlungen war p. 230: Et finaliter omnes declinarunt ad viam cessionis secundum formam primae schedulae super hoc datae per Cardinalem S. Marci. Näml. (*v. d. Hardt IV, II. p.* 41): Die 15. mensis Februarii Germanica, Gallica et Anglica nationes viam cessionis tanquam salubriorem ad unionem Ecclesiae conficiendam elegerunt, utque natio Italica eandem approbaret, impetrarunt.

e) *Theodoricus de Niem de vita Jo. XXIII. lib. II. cap.* 3. (*v. d. Hardt II. p.* 391): Quibus sic stantibus (gegen die Mitte Februars 1415) quidam, ut praesumitur, Italicus, multos articu-

los valde famosos, et omnia peccata mortalia, necnon infinita quodammodo abominabilia continentes contra eundem Balthasarem in eodem Concilio exhibuit in scriptis, tamen secrete, quod super illis contra eundem Balthasarem fieret inquisitio, et provideretur instanter per Concilium memoratum. Quibus quidem articulis per aliquot majores nationum Germaniae, Angliae et Poloniae perlectis, ipsi nullatenus consentire volebant, quod dicti articuli publicarentur, aut contra ipsum Balthasarem inquisitio fieret hujusmodi super illos. Et hoc propter honestatem. Et si contrarium fieret, ut asserebant, per hoc macularetur sedes Apostolica, et confunderentur enormiter etiam omnes de obedientia dicti Balthasaris, et ponerentur in dubio promotiones et provisiones per ipsum factae, et multa scandala exinde subsequi possent. Plerisque etiam aliis nobilibus viris assentientibus et consulentibus, quod illa via inquisitionis fieret, quae compendiosa foret, et ipsi articuli, et contenta in eis, saltem pro majori parte essent notoria seu manifesta, et propterea modica vel nulla probatione indigerent. Quibus etiam interim clanculo et proditorie ad notitiam dicti Balthararis deductis illico mente consternatus est, et coepit valde tremere et timere, ac etiam quosdam sibi secretos Cardinales — consulere, — asserens, quod quaedam in ipsis articulis descripta tanquam homo peccando commisisset, et aliqua non. Et proposuit tunc in mente sua, prout et ore propalavit, quod ipsemet dictum Concilium vellet personaliter accedere, et quae de contentis in eisdem articulis perpetrasset, coram ipso Concilio in publico fateri, *fundans se in hoc, quod Papa propter quodcunque delictum, ut dicebat, nisi propter haeresin, deponi non posset.* — *Cap.* 4. Concilium autem, seu majores deputati in eodem, ignorantes, quod ipse Balthasar praedictos articulos sciret, — accesserunt ad eum, rogantes unanimiter, ut viam cessionis sui Papatus eligeret, ad hoc, quod alii contendentes de Papatu illam similiter acceptarent, quia alias non viderent modum aptum, quod praefata unio fieret in universali Ecclesia pro hac vice. Ad hoc ipse laeto animo, observata tamen, ex industria, quadam gravitate, respondit, se facturum quod peterent, dum tamen ipsi alii duo conten-

darauf den 21. März nach Schafhausen f): dadurch veranlaßte er aber nur das durch die Standhaftigkeit des gegenwärtigen

dentes idem facere vellent. Maluit enim illam viam per se, ut existimo, amplecti, quam praedicti articuli ad ejus dejectionem a Papatu admissi et probati fuissent. Die ersten Formeln des Versprechens (*v. d. Hardt II. p.* 232), welche Johannes XXIII. eingab, misfielen dem Concilio, weil er non nisi aliis cedentibus zu cediren versprach, und propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de haeresi: endlich nahm er den 1. März folgende Formel an, und beschwor sie den 2. März in der Sessio generalis II. (*l. c. p.*240): Ego Johannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo et promitto, juro et voveo Deo et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio, sponte et libere dare pacem Christi Ecclesiae per viam meae simplicis cessionis, et eam facere et adimplere cum effectu juxta deliberationem praesentis Concilii, si et quando Petrus de Luna, Benedictus XIII., Angelus Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, Papatui, quem praetendunt, per se vel procuratores suos, legitime cedant: et etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio Ecclesiae Dei per exstirpationem praesentis schismatis. Als er darüber literas testimoniales ausstellen sollte, weigerte er sich anfangs (*Theod. de Niem l. c.*): indeß am 7. März ließ er eine Bulle ausfertigen, in welche jenes Versprechen wörtlich aufgenommen war (s. bei *v. d. Hardt IV, II. p.* 53).

f) *Theod. de Niem* II, 7. Die Schreiben an den König von Frankreich, den Herzog v. Orleans und die Univ. Paris, durch welche der Papst seine Flucht damit zu rechtfertigen sucht, als ob er in Costnitz nicht sicher und nicht frei gewesen sey, als ob K. Sigismund das Concil ganz nach seinem Willen leite u. s. w., s. bei *v. d. Hardt* II. *p.* 253 *ss.* Eben solche Schreiben an den König von Pohlen, die Herzoge von Berry und Burgund bei *Bourgeois du Chastenet, Preuves p.* 318; an den Herz. v. Orleans in J. G. Schelhorn's Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie u. Literatur. Bd. 1. S. 27 f. Rechtfertigungsschreiben des Concils an die Fürsten bei *v. d. Hardt IV. p.* 108, an den König von Frankreich *ibid. p.* 129. vollständi-

Kaisers und durch das kräftige Wort Gersons g) ermuthigte Concilium, in feierlichen Beschlüssen sowohl seine Absicht, als seine Würde dem Papstthume gegenüber auszusprechen h).

ger b. Schelhorn a. a. O. S. 225. In dem ersten heißt es p. 111: Nos igitur, cum omnia diligenter pensamus, et maturo judicio deliberamus, nil aliud eundem (Papam) attentasse conspicimus, quam hujusmodi Concilii dissolutionem, utpote ad unionem Ecclesiae intendentis. Und so suchten auch nach *Theod. de Niem* II, 8. die dem Papste anhängigen Cardinäle in Costnitz die Ansicht zu verbreiten, quod Concilium dissolutum esset propter absentiam et recessum dicti Balthasaris.

g) s. Oratio publica de Concilii auctoritate am 23. März gehalten bei *v. d. Hardt II. p.* 265 *ss. Gersonis Opp. ed. du Pin. T. II. P. II. p.* 201 *ss.*

h) *Sess. generalis III. d.* 26. *Mart. Decreta pro Concilii integritate et auctoritate post fugam Papae, per Cardinalem Zabarellam praelecta* (bei *v. d. Hardt IV. p.* 72): Ad honorem, laudem et gloriam sanctissimae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, pacemque in terris hominibus bonae voluntatis divinitus promissam in Dei Ecclesia consequendum, haec sancta Synodus, sacrum generale Concilium Constantiense nuncupata, pro unione et reformatione dictae Ecclesiae in capite et in membris fienda, in Spiritu Sancto hic debite congregatà, decernit, declarat, diffinit, et ordinat, ut sequitur: Et primo, quod ipsa Synodus fuit et est recte et rite convocata ad hunc locum civitatis Constantiensis, et similiter recte et rite initiata et celebrata. Item quod per recessum Domini nostri Papae de hoc loco Constantiensi, vel etiam per recessum aliorum Praelatorum, seu aliorum quorumcunque, non est dissolutum hoc sacrum Concilium, sed remanet in sua integritate et auctoritate, etiamsi quae ordinationes factae essent in contrarium, vel fierent in futurum. Item quod istud sacrum concilium non debet dissolvi, nec dissolvatur usque ad perfectam exstirpationem praesentis schismatis, et quousque Ecclesia sit reformata in fide et in moribus, in capite et in membris. Item quod ipsum sacrum Concilium non transferatur ad alium locum, nisi ex causa rationabili,

Der alsdann gegen Johannes XXIII. eingeleitete Proceß

et de consilio hujus sacri Concilii deliberanda et concludenda. Item quod Praelati et alii, qui debent interesse huic Concilio, non recedant ab hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, examinanda per deputatos seu deputandos ab hoc sacro Concilio. Qua causa examinata et approbata possint recedere cum licentia ejus vel illorum, qui habebit vel habebunt auctoritatem. Et tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam aliis remanentibus sub poenis juris et aliis per hoc sacrum Concilium indicendis et contra eos exequendis. Noch wichtigere Beschlüsse wurden gleich darauf von den Nationen gefaßt. Die Cardinäle verlangten mehrere Auslassungen, und obgleich die Nationen nicht nachgaben (*v. d. Hardt IV. p.* 81 *ss.*), so machte der *Cardinalis Florentinus* (Zabarella) in der feierlichen *Sess. gen. IV.* den 30. März dieselben doch mit jenen Auslassungen bekannt, s. l. c. p. 89. Darüber erhob sich allgemeiner Unwille (l. c. p. 92) gegen die Cardinäle, vergl. die heftige Invective des Benedictus Gentianus, Gesandten der Univ. Paris, gegen dieselben b. *v. d. Hardt II. p.* 279. Dem allgemeinen Beschlusse gemäß mußten jene Decrete unverstümmelt *Sess. gen. V.* den 6. April wiederholt werden, s. *v. d. Hardt II. p.* 98 (das von Zabarella ausgelassene ist cursiv gedruckt): In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Haec sancta Synodus Constantiensis, generale Concilium faciens, pro exstirpatione praesentis schismatis, et unione ac reformatione Ecclesiae Dei in capite et in membris fienda, ad laudem omnipotentis Dei in Spiritu Sancto legitime congregata, ad consequendum facilius, securius, uberius, et liberius unionem ac reformationem Ecclesiae Dei, ordinat, diffinit, statuit, decernit et declarat, ut sequitur. Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu Sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, et Ecclesiam Catholicam militantem repraesentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscunque status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, obedire tenetur in his, quae pertinent ad fidem et exstirpationem dicti schismatis, *ac generalem reformationem Ecclesiae Dei in capite et*

in membris. Item declarat, quod quicunque, cujuscunque conditionis, status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut praeceptis hujus sanctae Synodi et cujuscunque alterius Concilii generalis legitime congregati, super praemissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contemserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subjiciatur, et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Item diffinit et ordinat sancta Synodus, quod Dominus Johannes XXIII. Romanam Curiam et Officia publica, illius seu illorum Officiarios de hac civitate Constantiensi ad alium locum non mutet aut transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione et consensu ipsius s. Synodi. — Item ordinat et diffinit, quod omnes et singulae translationes Praelatorum, necnon privationes eorundem aut aliorum beneficiatorum, officialium, administratorum, quarumcunque commendarum ac donationum revocationes, monitiones, censurae ecclesiasticae, processus, sententiae, et quaecunque acta, gesta, gerenda, agenda aut fienda per praefatum Dominum Johannem Papam, aut suos officiarios vel commissarios in laesionem dicti Concilii seu adhaerentium eidem, a tempore inchoationis ejusdem Concilii — facta seu facienda, — auctoritate hujus sacri Concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita et inania. — *Item declarat, quod idem Johannes Papa XXIII, et omnes Praelati, ac alii ad hoc sacrum Concilium vocati, et alii in eodem Concilio existentes, in plenaria libertate fuerunt et existunt, ut visum est dicto sacro Concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum seu dicti Concilii contrarium deductum est. Et hoc testificatur dictum sacrum Concilium coram Deo et hominibus.* Unter diesen Beschlüssen ist besonders der erste Sess. V. den Ultramontanern immer unangenehm gewesen. Sie läugneten daher dessen Gültigkeit, wie *Card. Cajetanus de auctoritate Papae et Concilii*, *Bellarminus de Conciliis et Ecclesia lib. II. c.* 19, *Andreas Vallius de suprema potest. Papae P. IV. Qu.* 7., wogegen die Gallicaner dieselbe behaupteten, s. *Richerii hist. Conciliorum lib. II. c.* 3. §. 7. Nachdem der Gallicanische Clerus in seinen berühmten Propositionen v. 1682 sich dahin erklärt

endete mit dem Absetzungsurtheile den 29. Mai 1415 i).

hatte, nec probari a gallicana Ecclesia, qui eorum decretorum, quasi dubiae sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant aut ad solum schismatis tempus Concilii dicta detorqueant; erschien *Emanuel a Schelstraten Acta Constantiensis Concilii ad expositionem decretorum ejus sessionum quartae et quintae facientia, nunc primum ex Codd. Mss. in lucem eruta ac dissertatione illustrata, Antverp.* 1683. 4., wo nicht blos die früheren Ausflüchte wiederholt werden, sondern auch behauptet wird, der erste Beschluß der vierten Session sey von dem Baselschen Concilio, welches 1442 zuerst die Acten des Costnitzer Concils habe sammeln lassen, interpolirt, indem der ächte Schluß blos gelautet habe: in his quae pertinent ad exstirpationem dicti schismatis: die Decrete der fünften Session seyen aber ohne gehörige Erwägung, und nicht mit Einwilligung Aller abgefaßt. Dagegen die Gallicaner *Louis Maimbourg traité hist. de l'établissement et des prérogatives de l'église de Rome et de ses evêques. Paris* 1685. 12. c. 23—25. *Du Pin de antiqua eccl. disciplina. cap. VI.* §. 6. *Natalis Alexander hist. eccl. Saec. XV et XVI. Diss.* 4. Nachdem v. d. Hardt von den Berathungen der Congregationen nähere Nachrichten bekannt gemacht hat, ist Schelstraten's Behauptung actenmäßig widerlegt.

i) Sess. VI. den 17. Apr. 1415, genehmigte die Synode den Entwurf eines von Johannes XXIII. zu vollziehenden Procuratorii super renunciatione Papatus (*v. d. Hardt IV. p.* 114), vermöge dessen die von ihm zu ernennenden Procuratores unter den von ihm beschworenen Bedingungen stets gültig an seiner Stelle sollten renunciiren können, mit der Bestimmung: Et si quovismodo contingeret, hujusmodi procuratorium seu procuratores nos revocare, — impugnare etc. ex nunc prout ex tunc ipsi Papatui cedimus et renunciamus ipso facto, et deinceps pro non Papa haberi — volumus. Als der Papst dieses ihm zugesandte Procuratorium auszustellen sich weigerte, erfolgte Sess. gen. VII. den 2. Mai eine Citation (*l. c. p.* 143), Sess. gen. X. den 14. Mai die Suspension (*l. c. p.* 183), und nachdem 70 Articuli (l. c. p. 196), von denen indeß mehrere wegen ihres anstößigen Inhalts nicht vorgelesen wurden (p. 237. 247), durch Zeugen erwiesen waren

Gregorius XII. dankte den 4. Jul. freiwillig ab k). Nur

(p. 253), Sess. gen. XII. den 29. Mai die Sententia depositionis (l. c. p. 280), worin die Synode erklärte, recessum per — Johannem Papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi — clandestine — factum fuisse et esse illicitum, Ecclesiae Dei et dicto Concilio notorie scandalosum, pacis et unionis ipsius Ecclesiae turbativum et impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione et juramento per ipsum Dominum Johannem Papa Deo, et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio praestitis deviativum; ipsumque Dominum Johannem Papam Simoniacum notorium, bonorumque et jurium, nedum Romanae, sed aliarum Ecclesiarum — dilapidatorem notorium, malumque spiritualium et temporalium Ecclesiae administratorem et dispensatorem fuisse et esse, suis detestabilibus inhonestisque vita et moribus Ecclesiam Dei et populum Christianum notorie scandalizantem; — postque monitiones debitas et charitativas, iteratis et crebris vicibus eidem factas, in praemissis malis pertinaciter perseverasse, seque ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse: ipsumque — tanquam indignum, inutilem, et damnosum a Papatu — amovendum, privandum et deponendum fore. Et eum dicta sancta Synodus amovet, privat et deponit, universos et singulos Christicolas, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, ab ejus obedientia, fidelitate et juramento absolutos declarando. — Eumque ad standum et morandum in aliquo loco bono et honesto sub custodia tuta Serenissimi Principis Domini Sigismundi, Romanorum et Hungariae Regis, — nomine dicti sacri Concilii generalis, quamdiu dicto sacro generali Concilio pro bono unionis Ecclesiae Dei videbitur, condemnandum fore, et eadem sententia condemnat. Alias vero poenas, quae pro dictis criminibus et excessibus inferri deberent juxta canonicas sanctiones, dictum Concilium arbitrio suo reservat declarandas et infligendas secundum quod rigor justitiae vel misericordiae ratio suadebit.

k) *Sess. gen.* XIV. bei *v. d. Hardt* IV. p. 346 ss. Er wurde darauf vom Concilio zum Cardinallegaten der Mark Ancona ernannt (l. c. p. 474). cf. *Theodorici de Niem liber* III. *de fatis Con-*

Benedict XIII. blieb unbeugsam. Ungeachtet die spanischen Reiche ihm den 6. Jan. 1416 den Gehorsam aufkündigten, und sich im Oct. als fünfte Nation dem Concilio anschlossen; so blieben dennoch alle gütlichen Versuche bei ihm vergeblich, und er achtete selbst das den 26. Jul. 1417 vom Concilio ausgesprochene Absetzungsurtheil nicht l): da sich indeß seine Obedienz auf das Städtchen Peniscola in Valencia beschränkte, so brauchte auf ihn keine weitere Rücksicht genommen zu werden m).

stantiensibus reliquorum duorum Pontificum Gregorii XII. et Petri de Luna, aliisque negotiis in Concilio, remoto Balthasare, incidentibus bei *v. d. Hardt* II. *p.* 409 *ss.*

l) *Theod. de Niem l. c.* Die Unterhandlungen des Kaisers Sigismund, welcher im Sept. 1415 deshalb nach Spanien gereiset war, mit ihm s. *v. d. Hardt* II. p. 484 ss. Die Handlungen des Concils gegen ihn s. zerstreut bei *v. d. Hardt* IV. Das Absetzungsurtheil Sess. XXXVII. den 26. Jul. bei *v. d. Hardt* IV. *p.* 1373. bezeichnet ihn als perjurum, universalis Ecclesiae scandalizatorem, fautorem et nutritorem inveterati schismatis, — et haereticum a fide devium, et articuli fidei *Unam sanctam catholicam Ecclesiam* violatorem pertinacem, cum scandalo Ecclesiae Dei incorrigibilem, notorium et manifestum. Nach *Jo. Niderus* (Dominicaner in Basel u. Wien † 1438) *de visionibus ac revelationibus* (od. *formicarius*) *ed. v. d. Hardt. Helmstadii* 1692. 8. lib. III. c. 1. hatte Benedict eine Weissagung von einem Abte, quod plura passurus esset ab adversariis, quod obsideri deberet, — sed tandem Romam iturus esset, et in unione Ecclesiae ibidem, adepta pacifica possessione et sedato schismate, quieturus. — In praedictam prophetiam fatue confidens remotus a Papatu obedire renuit, in munitiunculam fugit, et tandem in exilio, pertinax in sua opinione, vitam nec Romae, nec in pace, sed in miseria finivit.

m) Benedict XIII. † 1424. Er hinterließ 4 Cardinäle, von denen drei einen Clemens VIII., der vierte einen Benedict XIV. wählten. Clemens VIII. mußte 1429 auf einem Concilium zu Tortosa entsagen.

Kaiser Sigismund und die Deutschen, der Synode von Pisa eingedenk, verlangten jetzt, anfangs auch von den Engländern unterstützt, daß die beabsichtigte Reformation n) vor der Wahl eines neuen Papstes vorgenommen würde: die Cardinäle und die übrigen Nationen widersprachen aber so heftig o), daß das Concilium sich begnügte, nur einige reformatorische Beschlüsse zu fassen p), und die übrigen Gegenstände der Re-

n) Ueber die Nothwendigkeit derselben s. *Petri de Alliaco canones reformandi Ecclesiam in Conc. Constantiensi*, den 1. Nov. 1416 dem Concilio übergeben (bei *v. d. Hardt* I, VIII. *p.* 409), *in Praefat.* Quae Ecclesiae reformatio quam necessaria olim fuerit, et amplius modo sit, evidenter ostendit deflenda ipsius deformatio. De qua lamentabiliter conquerebatur b. *Bernhardus serm. XXXIII. super Cant.* (vergl. Abth. 2. §. 65. not. k). — Si haec a b. Bernhardo dicta sunt, nunc multo magis dici possunt. Quia ex eo Ecclesia de malis ad pejora processit, et in omni tam spirituali quam saeculari statu abjecto decore virtutum in variam cecidit turpitudinem vitiorum. — Hoc autem Deus misericordissimus, qui solus ex malis bona novit elicere, ideo permittere credendus est, ut eorum occasione Ecclesia sua in melius reformetur. *Quod nisi celeriter fiat, audeo dicere, quod, licet magna sint quae videmus, tamen brevi incomparabiliter majora videbimus, et post ista tonitrua tam horrenda, alia horribiliora in proximo audiemus.* Eapropter summopere vigilandum est circa reformationem Ecclesiae. Um diese Reformation vorzubereiten, wurde Sess. XIII. den 15. Jun. 1415 (*v. d. Hardt* IV. *p.* 335) eine Commission aus 4 Cardinälen u. aus Deputirten der Nationen niedergesetzt, ein Reformatorium, dessen merkwürdige Protocolle *v. d. Hardt* I, X. p. 583 ss. herausgegeben hat.

o) *v. d. Hardt* IV. p. 1394 ss.

p) Beschlüsse der *Sessio gen.* XXXIX. den 9. Oct. 1417 bei *v. d. Hardt* IV. p. 1435: I. *De Conciliis generalibus:* Frequens generalium conciliorum celebratio agri Dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas et tribulos haeresium, errorum et schismatum exstirpat, excessus corrigit, deformata

formation in allgemeinen Andeutungen dem künftigen Papste

reformat, et viam Domini ad frugem uberrimae fertilitatis adducit: illorum vero neglectus praemissa disseminat atque fovet. — Propter hoc edicto perpetuo sancimus, — ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine hujus Concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium, et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis, quae summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet Concilii, approbante et consentiente Concilio, vel in ejus defectu ipsum Concilium deputare et assignare teneatur; ut sic per quandam continuationem semper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam exspectetur. — II. *Provisio adversus futura schismata praecavenda:* Si vero, quod absit, in futurum schisma oriri contingeret, — ipso jure terminus Concilii tunc forte ultra annum pendens ad annum proximum breviatus. — Et quilibet ipsorum se pro Romano Pontifice gerentium infra mensem, a die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumsisse Papatus insignia, — teneatur sub intimatione maledictionis aeternae et amissione juris, si quod forte sibi quaesitum esset in Papatu, — Concilium ipsum ad terminum anni praedictum in loco prius deputato celebrandum indicere et publicare, et per suas literas competitoribus — et caeteris Praelatis ac Principibus — intimare, necnon termino praefixo — ad locum Concilii personaliter se transferre, nec inde discedere, donec per Concilium causa schismatis plenarie sit finita. Hoc adjuncto quod nullus ipsorum contendentium de Papatu in ipso Concilio ut Papa praesideat: quinimo — sint ipsi omnes de Papatu contendentes, postquam dictum Concilium inceptum fuerit, auctoritate hujus sacrae synodi ipso jure ab omni administratione suspensi. — Quod si forte electionem Romani Pontificis per metum, qui caderet in constantem, seu impressionem de cetero fieri contingat, ipsam nullius decernimus efficaciae vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu praedicto cessante, ratificari vel approbari. Non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem

zu empfehlen q), worauf denn Otto von Colonna als Mar-

procedere, nisi ille, qui fuit electus, forte renunciet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit judicatum. Et si procedant, nulla sit electio. — Sed — teneantur electores omnes — quam cito sine periculo personarum poterunt — se transferre ad locum tutum, et metum praedictum allegare coram Notariis publicis, et notabilibus personis ac multitudine populi in loco insigni. — Teneantur insuper — provocare sic electum ad Concilium. — III. *De professione facienda per Papam.* IV. *Ne Praelati transferantur inviti.* V. *De spoliis et procurationibus.* Cum per Papam facta reservatio et exactio et perceptio procurationum Ordinariis et aliis inferioribus Praelatis debitarum ratione visitationis, necnon et spoliorum decedentium Praelatorum, aliorumque clericorum, gravia Ecclesiis, Monasteriis, et aliis beneficiis ecclesiasticisque personis afferant detrimenta: praesenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, ac reipublicae accommodum, tales per Papam reservationes ac — exactiones seu perceptiones de cetero nullo modo fieri seu attentari. Quinimo procurationes hujusmodi, et quorumcunque Praelatorum — in Curia Romana vel extra — decedentium spolia, seu bona eorum mortis tempore reperta, plane et libere pertineant illis, — quibus alias, praefatis reservationibus, mandatis et exactionibus cessantibus competerent ac pertinere deberent. Praelatis etiam inferioribus et aliis hujusmodi spoliorum exactiones praeter et contra juris communis formam fieri interdicimus.

q) *Sessio gen. XL.* den 30. Oct. 1417 (*v. d. Hardt* IV. *p.* 1452): Sacrosancta synodus Constantiensis statuit et decernit, quod futurus summus Pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio vel deputandis per singulas nationes debeat reformare Ecclesiam in capite et Curia Romana secundum aequitatem et bonum regimen Ecclesiae, antequam hoc sacrum Concilium dissolvatur, super materiis articulorum, alias per nationes in Reformatoriis oblatorum, qui sequuntur. 1. Primo de numero, qualitate et natione Dominorum Cardinalium. 2. Item de reservationibus sedis

tin V. den 11. Nov. 1417 zum Papste erwählt wurde. Der Erfolg rechtfertigte die Befürchtungen der Deutschen. Vor dem Glanze des neuen Papstes, des ersten, der nach langer Zeit wieder allgemein anerkannt war, erbleichte der Schimmer des Concils, und die päpstliche Monarchie erhob sich sogleich wieder ohne Hinderniß über alle Schranken, welche die kirchliche Aristokratie ihr gesetzt zu haben meinte. Die Canzleyregeln, welche Martinus V. gleich nach seiner Wahl ausfertigen ließ, waren von denen der früheren Päpste, über welche so viel geklagt war, wenig verschieden r). Die Vorschläge zur Reformation, welche derselbe vorlegte, entsprachen der Erwartung keineswegs s): die Kraft und Einheit des Concils war

Apostolicae. 3. Item de annatis, communibus servitiis, et minutis. 4. Item de collationibus beneficiorum, et gratiis expectativis. 5. Item de causis in Romana Curia tractandis, vel non. 6. Item de appellationibus ad Romanam Curiam. 7. Item de officiis Cancellariae et Poenitentiariae. 8. Item de exemtionibus et incorporationibus tempore schismatis factis. 9. Item de commendis. 10. Item de confirmationibus electionum. 11. Item de fructibus medii temporis. 12. Item de non alienandis bonis Romanae Ecclesiae et aliarum Ecclesiarum. 13. Item propter quae, et quomodo Papa possit corrigi vel deponi. 14. Item de exstirpatione Simoniae. 15. Item de dispensationibus. 16. Item de provisione Papae et Cardinalium. 17. Item de indulgentiis. 18. Item de decimis. Hoc adjecto, quod facta per nationes deputatione praedicta liceat aliis de Papae licentia libere ad propria remeare.

r) *Martini P. V. Regulae Cancellariae, die* 12. *Nov.* 1417 *a Johanne Ostiensi Cardinale conscriptae et d.* 26. *Febr.* 1418 *publicatae* bei *v. d. Hardt* I, XXI. *p.* 965 *ss.*

s) Im Anfange des J. 1418 gab die deutsche Nation *Avisamenta Nationis Germanicae super articulis juxta decretum Concilii reformandis, exhibenda Domino nostro sanctissimo* (*v. d. Hardt* I, XXII. *p.* 999 ss.) ein: gegen Ende des Januars erfolgte darauf die *Responsio Dom. P. Martini super reformatione capitulo-*

aber schon so gebrochen, daß der Papst die bedenklichsten Reformationspuncte durch Concordate mit den einzelnen Nationen beseitigen konnte t), worauf alsdann wenige allgemeine refor-

rum, in Concilio per decretum statutorum, per modum Avisamenti data Nationibus (l. c. p. 1021 ss.), deren Bewilligungen weit unter den Forderungen blieben. In Beziehung auf Art. XIII. war der Antrag der deutschen Nation (l. c. p. 1008): Super decimo tertio articulo videtur, quod summus Pontifex non solum de haeresi, sed etiam de simonia notoria tam circa sacramenta, quam circa beneficia ecclesiastica, et quolibet alio notorio crimine gravi, Ecclesiam universalem notorie scandalizante, de quo canonice monitus incorrigibilis extiterit, per generale Concilium puniri valeat, ac deponi etiam de Papatu. Item videtur, quod sanctissimus Dominus noster sacro approbante Concilio specialem constitutionem super hoc, quod praemittitur, declaratoriam debeat promulgare, et insuper declarare, quod nedum circa sacramenta, sed etiam circa beneficia ecclesiastica conventionem seu pactionem pecuniariam per se vel alium faciendo crimen pravitatis Simoniacae non evadat (cf. Abth. 3. §. 101. not. dd). In der päpstlichen Responsio heißt es darüber (l. c. p. 1032): *Artic. XIII. Propter quae et quomodo Papa possit corrigi et deponi.* Non videtur, prout nec visum fuit in pluribus nationibus, circa hoc aliquid novum statui vel decerni.

t) *Germanicae Nationis et Martini V. Papae Concordata* publicirt den 2. Mai 1418 (bei *v. d. Hardt* I. p. 1055. E. Münch's vollständige Sammlung aller ältern und neuern Konkordate. Th. 1. S. 20 ff.) *Cap. 1. De numero et qualitate Cardinalium, et eorum creatione.* Statuimus, ut deinceps numerus Cardinalium S. Romanae Ecclesiae adeo sit moderatus, quod non sit gravis Ecclesiae. Qui de omnibus partibus Christianitatis proportionaliter, quantum fieri poterit, assumantur, ut notitia causarum et negotiorum in Ecclesia emergentium facilius haberi possit, et aequalitas regionum in honoribus ecclesiasticis observetur; sic tamen, quod numerum XXIV. non excedant, nisi pro honore nationum, quae Cardinalem non habent, unus vel duo pro semel de consilio et assensu

Cardinalium assumendi viderentur. Sint autem viri in scientia, moribus et rerum experientia excellentes, Doctores in theologia, aut in jure canonico vel civili, praeter admodum paucos, qui de stirpe regia vel ducali, aut magni Principis oriundi existant, in quibus competens literatura sufficiat: non fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore, alicujus Cardinalis viventis: nec de uno Ordine Mendicantium ultra unum: non corpore vitiati, nec alicujus criminis vel infamiae nota respersi. Nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, sed etiam cum consilio Cardinalium collegialiter, sicut in promotione Episcoporum fieri consuevit. Qui modus etiam observetur, quando aliquis ex Cardinalibus in Episcopum assumetur. *Cap.* 2. *De provisione Ecclesiarum, Monasteriorum etc.* Sanctissimus Dominus noster Papa, Martinus V., super provisionibus Ecclesiarum, Monasteriorum et beneficiorum quorumcunque utetur reservationibus juris scripti, et constitutionis *Execrabilis* et *Ad regimen* (f. Abth. 3. §. 101. not. k u. q) modificatae. Der Papst behält sich demnach die Besetzung aller in Curia vacant werdenden Beneficien, und demgemäß auch derer vor, deren Inhaber päpstliche Curialen, oder von dem Papste abgesetzt oder versetzt sind, und für welche eine Wahl geschehen, aber vom Papste cassirt ist. Eben so providirt der Papst, wenn nicht zur rechten Zeit gewählt ist. Die majores dignitates in den Capiteln sollen durch Wahl der Capitel besetzt werden, die andern Stellen abwechselnd vom Papste, und von denen, welchen die Besetzung zukommt. Der sechste Theil der Canonicate soll nur mit Graduirten besetzt werden, eben so alle Pfarrkirchen mit 2000 Communicanten und darüber. *Cap.* 3. *De Annatis.* De Ecclesiis et Monasteriis virorum duntaxat vacantibus et vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summae pecuniarum in libris Camerae Apostolicae taxatae, quae communia servitia nuncupantur. Si quae vero excessive taxatae sunt, juste retaxentur. — Taxae autem praedictae pro media parte infra annum a die habitae possessionis pacificae totius vel majoris partis solventur, et pro media parte alia infra sequentem annum. Et si infra annum bis vel pluries vacaverit, semel tantum solvetur. — De ceteris autem dignitatibus — quibuscunque, quae auctoritate sedis Aposto-

licae conferentur, — solvatur annata seu medii fructus juxta taxam solitam tempore immissionis infra annum. Et debitum hujusmodi in successorem in beneficio non transeat. De beneficiis vero, quae valorem XXIV. florenorum de camera non excedunt, nihil solvatur. *Cap.* 4. *De causis tractandis in Romana Curia necne.* — Nullae causae in Romana Curia committantur, nisi quae de jure et natura causae in Romana Curia tractari debebunt. — Caeterae committantur in partibus. Nisi forte pro causae et personarum qualitate, in commissione exprimenda, illas tractare in Curia expediret pro justitia consequenda, vel de partium consensu in curia tractentur. *Cap.* 5. *De Commendis.* Ordinat Dominus noster Papa, quod inposterum Monasteria aut magni Prioratus conventuales habentes ultra decem religiosos, et officia claustralia, dignitates majores post pontificales in cathedralibus, sive Ecclesiae parochiales, nulli Praelato, etiam Cardinali, dentur in commendam. — Una etiam Ecclesia metropolitana uni Cardinali vel Patriarchae concedi poterit, provisionem aliam sufficientiorem non habenti. *Cap.* 6. *De Simonia in foro conscientiae providetur.* Jeder Geistliche soll sich einen graduirten oder sonst einsichtsvollen Beichtvater wählen, der ihn innerhalb der nächsten drei Monate von simonia active vel passive commissa absolviren, und alle dadurch verwirkte kirchliche Folgen aufheben könne. *Cap.* 7. *De non vitandis excommunicatis, antequam per judicem fuerint declarati et denunciati.* *Cap.* 8. *De dispensationibus.* Ordinat etiam Dominus noster, ad Ecclesias cathedrales, Monasteria, Prioratus conventuales, et parochiales Ecclesias super defectum aetatis ultra triennium nullatenus dispensare: nisi forte in Ecclesiis cathedralibus ex ardua et evidenti causa, de consilio Cardinalium — videretur aliter dispensandum. Item Dominus noster in arduis et gravibus casibus sine consilio Cardinalium non intendit dispensare. *Cap.* 9. *De provisione Papae et Cardinalium.* Romano Pontifici et s. Romanae Ecclesiae Cardinalibus pro illorum sustentatione, rebus Romanae Ecclesiae stantibus ut sunt, non videtur aliter posse provideri, quam hucusque factum est, scilicet per beneficia et communia servitia, quae vacantiae nuncupantur. Hier werden die Bestimmungen Cap. 5. wiederholt. Cardinalis de

matorische Verordnungen u) hinreichten, um von dem Concilio die Anerkennung des Geschehenen als einer genügenden Refor=

proventibus ecclesiasticis non habeat ultra valorem sex millium florenorum. *Cap.* 10. *De indulgentiis.* Cavebit Dominus noster Papa in futurum nimiam indulgentiarum effusionem, ne vilescant. Et in praeteritum concessas ab obitu Gregorii XI. ad instar alterius indulgentiae revocat et annullat. *Cap.* 11. *De horum Concordatorum valore.* Item sanctissimus Dominus noster Papa et inclyta natio Germanorum consenserunt et protestati sunt, quod omnia et singula supradicta durare et tolerari debeant usque ad quinquennium duntaxat a data praesentium numerandum; — quodque per observantiam illorum nullum jus novum Romano Pontifici, aut alicui alteri Ecclesiae vel personae acquiratur seu praejudicium generetur, sed lapso dicto quinquennio quaelibet Ecclesia et persona praedicta liberam facultatem habeat utendi quolibet jure suo. Das Concordat mit den Franzosen (*v. d. Hardt* IV. p. 1566 ss.), bei welchem aber die Genehmigung des Königs noch vorbehalten blieb, wurde ebenfalls den 2. Mai 1418 publicirt, und ist in den meisten Abschnitten ganz gleichlautend mit dem Concordate der Deutschen: nur erließ der Papst hier die Hälfte der Annaten für die nächsten fünf Jahre: Dagegen: Circa articulum indulgentiarum habita deliberatione matura nihil intendimus circa eas immutare seu ordinare. Das Concordat mit den Engländern, erst den 12. Jul. abgeschlossen, s. bei *v. d. Hardt* I. p. 1079 ss.

u) *Sess. gen.* XLIII. den 21. März 1418 wurden folgende Decrete bekannt gemacht (*v. d. Hardt* IV. p. 1535): 1. *De Exemptionibus* (Anf. Attendentes). 2. *De unionibus et incorporationibus*, wodurch alle seit dem Tode Gregors XI. gemachte Exemptionen, Unionen und Incorporationen, mit einigen Ausnahmen, widerrufen wurden. 3. *De fructibus medii temporis.* Item fructus et proventus Ecclesiarum, Monasteriorum et Beneficiorum, vacationis tempore obvenientes, juris et consuetudinis vel privilegii dispositioni relinquimus, illosque nobis vel Apostolicae Camerae prohibemus applicari. 4. *De Simoniacis:* — Ordinati simoniace ab executione suorum Ordinum sint eo ipso

nation zu erhalten v). Während dieser Verhandlungen aber erlaubte sich der Papst nicht nur, so viel auch grade über diese Art von Kirchenbedrückungen geklagt wurde, dem Kaiser Si=

suspensi: — quaevis provisiones simoniacae — nullae sint ipso jure: — dantes et recipientes eo ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. 5. *De dispensationibus.* Aufhebung der päpstlichen Dispensationen, welche den zu geistlichen Aemtern, quibus certus Ordo debitus est, Ernannten ertheilt waren, ne debitos aut annexos Ordines suscipiant. 6. *De decimis et aliis oneribus.* Praecipimus et mandamus, jura, quae prohibent inferioribus a Papa decimas et alia onera Ecclesiis et personis ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponentur generaliter super totum Clerum, nisi ex magna et ardua causa et utilitate universalem Ecclesiam concernente, et de consilio, et consensu et subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, et Praelatorum, quorum consilium commode haberi poterit: nec specialiter in aliquo regno vel provincia inconsultis Praelatis illius regni vel provinciae et ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, et eo casu per personas ecclesiasticas et auctoritate apostolica duntaxat leventur. 7. *De vita et honestate Clericorum,* gegen die weltliche Tracht der Geistlichen.

v) Das letzte päpstl. Decret in derselben 43. Session war (l. c. p. 1540): Decernimus et declaramus sacro approbante Concilio, per decreta, statuta et ordinata, tam lecta in praesenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus ejusdem Concilii, — huic sacro Concilio super articulis contentis in decreto super fienda reformatione, die sabbati XXX. mensis Oct. proxime praeteriti promulgato (s. not. q) fuisse et esse jam satisfactum. Darauf der Cardinalbischof von Ostia: De mandato nationum respondeo, quod placent nationibus decreta recitata, et cuilibet nationi placet Concordia cum ipsa per Dominum nostrum facta. Et per praemissa fatentur, decreto etiam jam esse satisfactum, non intendentes propterea, quod concordata cum una natione in aliquo alteri nationi afferant praejudicium.

gismund einen Kirchenzehnten zu bewilligen w), sondern er durfte sogar, einem ausgesprochenen Grundsatze des Concils

w) Die Literae gratiosae des Papstes an den Kaiser dd. 7. Cal. Febr. 1418 bei *v. d. Hardt* II. p. 589 ss. Dum praeclara devotionis et fidei Tuae Serenitatis merita, quibus erga Deum et universalem Ecclesiam sanctam suam gloriosissime, praesertim circa unionem ejusdem Ecclesiae — per multa jam tempora curis vigilibus et continuis — mirifice claruisti, — pensamus; — inducimur non indigne, ut in relevationem onerum et expensarum, quae pro consecutione unionis hujusmodi, nonnulla regna partesque terrarum orbis varias peragrando, Tua Serenitas subiit hactenus, nec subire desinit incessanter, Tua Celsitudo nostram et apostolicae sedis gratiam sibi mirificam sentiat ac super alicujus subventorio auxilio liberalem. Hinc est, quod Nos — una cum ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super his deliberatione praehabita, ac de ipsorum consilio, nec non ven. fratrum nostrorum Archiepiscoporum, Episcoporum, et dilectorum filiorum Electorum, Administratorum, necnon Abbatum et aliorum de natione Germanica percepto beneplacito voluntatis, ac etiam praedecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum, — circa hoc vestigiis inhaerentes, Decimam integram unius anni omnium redituum et proventuum ecclesiasticorum in provinciis — nationis Germanicae, totius provinciae Treverensis, necnon Basileensis et Leodiensis civitatum et dioecesium sub Romano Imperio consistentium, — Serenitati Tuae — assignamus. Zugleich ernannte er drei Bischöfe zu Executoren, die durch geistliche und weltliche Mittel diesen Zehnten beitreiben sollten (l. c. p. 592 ss.). Darüber beschwerten sich sieben deutsche Kirchen durch den Florentiner Juristen Dominicus de Germiniano bei dem Concilio, und dieser macht in s. *Repudium decimarum* (l. c. p. 608) zuerst geltend, quia haec impositio decimae concessa est non consentientibus Praelatis nationis Almaniae, vel saltem majori parte ipsorum, imo inconsultis procuratoribus Cleri dictarum septem Ecclesiarum in Concilio Constantiensi existentibus. Quod tamen fieri non potuit juxta constitutionem Domini nostri Papae (s. not. u. 6.). — Item ad ejus levationem in-

entgegen, jede Appellation von dem Papste an ein allgemeines Concilium für unerlaubt erklären, als die Pohlen in ihrer Streitsache gegen Joh. von Falckenberg eine solche Appellation einlegten x). So war das Concilium sich selbst so unähnlich geworden, daß seine bald erfolgende Auflösung (Sess. XLV. den 22. Apr. 1418) y) nicht bedauert werden konnte, so we-

vocatur auxilium brachii saecularis. Et sic contra dictam constitutionem etc. Indeß beantragt er am Ende doch nur eine mildere Art der Einsammlung.

x) vergl. Abth. 3. §. 116. not. l. *Jo. Gersonii tract. quomodo et an liceat in causis fidei a summo Pontifice appellare* (Opp. II, II. p. 303 ss.): Quaeritur utrum haec assertio sit catholica: — *Nulli fas est a supremo judice, videlicet Apostolica Sede, seu Romano Pontifice, Jesu Christi Vicario in terris, appellare, aut illius judicium in causis fidei, quae tanquam majores ad ipsum et Sedem Apostolicam deferendae sunt, declinare?* Arguitur quod sic, auctoritate sanctissimi Domini Martini Papae V. in sua Constitutione ad perpetuam rei memoriam facta, et promulgata in Consistorio generali celebrato Constantiae 6. Idus Martii Pontificatus sui anno primo (10. März 1418), ubi reperitur haec assertio, sicut dicitur. In dem *Dialogus Apologeticus pro condemnatione propositionum Jo. Parvi* (l. c. p. 390) bezeichnet Gerson diese päpstliche Bulle als destruens fundamentale penitus robur, nedum Pisani, sed Constantiensis Concilii, et eorum omnium, quae in eis, praesertim super electione Summi Pontificis, et intrusorum ejectione, attentata factave sunt.

y) *Sess.* XLIV. den 19. Apr. 1418 erließ der Papst das Decret (*v. d. Hardt* IV. p. 1546): Cupientes et etiam volentes decreto hujus sacri generalis Concilii satisfacere, inter alia disponenti, quod omnimode generalia Concilia celebrentur in loco, quem summus Pontifex per mensem ante finem hujus Concilii, approbante et consentiente Concilio, deputare et assignare teneatur (s. *not. p.* I.); pro loco dicti proxime futuri Concilii, celebrandi a fine praesentis Concilii supradicti [in quinquennium], eodem consentiente et approbante Concilio

nig auch die Hoffnungen der Völker durch dasselbe erfüllt waren z).

civitatem *Papiensem* tenore praesentium deputamus. Die Auflösungsbulle, welche Sess. XLV. erfolgte, und omnibus et singulis, qui in hoc sacro Concilio et causa ipsius interfuerunt, absolutionem plenariam omnium peccatorum, semel in vita et in mortis articulo gewährte, s. *l. c. p.* 1559. Eine Genehmigung der Beschlüsse des Concils hatte der Papst schon in der Verdammungsbulle gegen Wicleff und Huß *Inter cunctas* dd. 22. Febr. 1418 in den Fragen ausgesprochen, welche er den der Ketzerei Verdächtigen vorzulegen befiehlt (l. c. p. 1527): Item utrum credat, teneat et asserat, quod quodlibet Concilium generale, et etiam Constantiense, universalem Ecclesiam repraesentet. Item utrum credat, quod illud, quod sacrum Concilium Constantiense, universalem Ecclesiam repraesentans, approbavit et approbat in favorem fidei et salutem animarum, quod hoc est ab universis Christifidelibus approbandum et tenendum: et quod condemnavit et condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato. Dann erklärte er in der letzten Sitzung in der Antwort an die pohln. Gesandten: quod omnia et singula determinata et conclusa et decreta in materiis fidei per praesens sacrum Concilium Constantiense conciliariter, tenere et inviolabiliter observare volebat et nunquam contravenire quoquomodo.

z) vgl. die merkwürdige Stelle über das Costnitzer Concil, mit welcher der Zeitgenosse *Gobelinus Persona*, Decanus in Bielefeld (s. vor Abschn. 4), sein *Cosmodromium* schließt, in *Meibomii Rerum Germ. T. I. p.* 345: Postquam Dominus Martinus Papa praedictus fuit coronatus, per nationes Concilii petebatur fieri reformatio Ecclesiae tam in capite quam in membris, prout in Reformatorio per ad hoc electos conceptum fuerat. Sed quia non omnes aeque ardenter instabant, Cardinalibus etiam in hoc torpentibus, parum profecerunt. Unde natio Gallicana Regem (Sigismundum) adiit, petens ab eo, ut Papam ad Ecclesiam dignaretur informare. Qui respondit eis: *dum nos, ut reformatio fieret, priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, instabamus, vos nolentes acquiescere,*

Nachdem nun auch Frankreich, welches das in Costnitz ihm dargebotene Concordat zurückgewiesen hatte aa), sich unter

Papam, priusquam fieret reformatio Ecclesiae, habere voluistis. Et ecce Papam habetis, quem et nos habemus: illum pro expeditione hujusmodi reformationis adite, quoniam pro nunc nostri non interest, prout intererat sede Romana vacante. Sunt tamen quaedam reformata, quamvis respectu conceptorum pauca, verbis quidem et scriptis, quae propter humanam mentis mutabilitatem, divinitatis excusantem se sub umbra, hic inserere non praesumo. *Ego quidem jam annis multis statum pertractans Ecclesiae, per quem modum ad universalis Ecclesiae reformationem scandalis sublatis omnibus perveniri posset, curiosa mente revolvi. Quem quidem modum Dominus fortasse ostendet, cum in spiritu vehementi conteret naves Tharsis.*

aa) Die französische Nation hatte schon 1417 auf dem Concilio sehr gegen die Annaten protestirt, s. *Apostoli et responsio dati per ven. Nationem Gallicanam etc.* in den *Preuves des Libertez de l'église Gallicane Chap. XXII. no.* 13. (mit verändertem Titel bei *v. d. Hardt* I, XIII. *p.* 761). Obgleich nun in dem französischen Concordate die Hälfte der Annaten erlassen war (s. not. t); so erschien doch von Seiten des Königs im April 1418 der Befehl (*Bulaei hist. Univ. Paris. V. p.* 328. *Preuves des Lib. de l'égl. Gall. Chap. XXII. no.* 16.), quod Ecclesiis nostrorum Regni ac Delphinatus — secundum antiqua jura Conciliaque generalia de personis idoneis providebitur. — Et insuper quoad exactiones pecuniarum, quas ab aliquibus retroactis temporibus Curia Romana seu Camera Apostolica sub praetextu vacantium beneficiorum Regni et Delphinatus praedictorum, aut alias quovis modo seu colore praemissorum sibi applicari voluit, penitus cessabunt. Intendimus tamen tanquam Christifideles summo Pontifici et Ecclesiae Romanae aeque plusve ceteris in necessitatibus, sive et cum tempus exegerit, succurrere et rationabiliter subvenire: und im Mai das Verbot (ll. cc.), ne aliquis deinceps absque nostra licentia ausu temerario aurum vel argentum, jocalia (*joyaux*, Juwelen), aut alia quaevis pretiosa per literas, bulletas (Scheine),

dem jungen Könige Carl VII. dem päpstlichen Joche wieder zu fügen anfing (1425) bb); nachdem das dem Costnitzer Beschlusse gemäß in Pavia und Siena 1423 u. 1424 abgehaltene allgemeine Concilium ohne alle Bedeutung und Wirkung geblieben war; so konnte das Papstthum ganz wieder auf die alte Bahn zurücklenken, ohne sich durch entgegenstrebende

obligationes aut alias quovis modo, occasione procurationum, annatarum, vacantium, dispositionis antedictorum beneficiorum — extra Regnum transferat. Der Herzog von Burgund bewirkte zwar 1419 einen königl. Widerruf dieser Befehle, der aber von dem Parlamente nicht angenommen wurde (*Bulaeus V. p.* 335), und im Febr. 1422 (1423) wurden jene Befehle wieder bestätigt (*Preuves Chap. XXII. no.* 17.).

bb) Königl. Edict dd. X. Febr. 1424 (1425) (*Preuves l. c. no.* 19.), ut omnia quaecunque mandata in debita forma, et rescripta Apostolica a die exhibitionis praesentium fuerunt eidem summo Pontifici concessa, bullaeque et processus inde secuti locum executionis habeant in Regno ac Delphinatu nostris, ac eisdem debite per eos ad quos spectat pareatur, — tam in beneficiorum collatione, quam jurisdictionis Apostolicae potestatis exercitio, modo et forma, quibus felicis recordationis Clementis VII. et Benedicti XIII. temporibus in Regno nostro eisdem summis Pontificibus, eorumque bullis, processibus, et literis parebatur atque obediebatur, non obstantibus ordinationibus regiis, arrestis Parlamenti nostri — et aliis quibuscunque mandatis et usibus in contrarium praedictorum. — Rogantes tamen sancti Patris nostri clementiam, quod — electiones, — et quaevis aliae dispositiones factae in vim ordinationum et arrestorum praedictorum usque in diem exhibitionis praesentium locum habeant, et — confirmentur, defectus si qui sunt privata largitate supplendo. Da der König als Dauphin die Beobachtung der früher (not. aa) erlassenen Gesetze beschworen hatte, so entband ihn der Papst dieses Eides, s. das Breve dd. Kal. Maji 1425 bei *Raynaldus ad h. a. no.* 8.

Maasregeln einzelner Staaten aufhalten zu lassen cc). Martin zügelte die Cardinäle nur, um durch sie nicht beschränkt

cc) So macht Martinus dem Henricus Episc. Wintoniensis (*Raynald.* 1426 *no.* 19.) die heftigsten Vorwürfe wegen eines execrabile statutum, per quod ita Rex Angliae de Ecclesiarum provisione et administratione disponit, quasi vicarium suum Christus eum instituisset; legem condit super Ecclesias, Beneficia, Clericos et ecclesiasticum statum; ad se suamque laicalem curiam causas spirituales et ecclesiasticas jubet introduci. — Quasdam contra clericos adjecit poenas, quae ne quidem contra Judaeos vel Saracenos per ullum de suis statutis promulgatae inveniuntur. Possunt ad Angliae regnum cujuslibet generis homines libere proficisci: soli acceptantes beneficia auctoritate summi Pontificis, vicarii Jesu Christi, jubentur exulare, capi, carcerari, omnibusque bonis exui; executoresque literarum Apostolicarum, procuratores, notarii, et quicunque alii censuram seu processum ab apostolica sede in regnum mittentes aut deferentes ultimo supplicio deputantur, projectique extra protectionem Regis ab omnibus captivandi. Der Bischof wird an das Beispiel illius gloriosissimi martyris b. Thomae erinnert, qui adversus similia decertans statuta holocaustum se Deo offerens pro libertate ecclesiastica occubuit, und aufgefordert, bei König und Parlament Alles in Bewegung zu setzen, damit jenes Gesetz aufgehoben werde. Vergl. die päpstl. Ermahnungsschreiben an das Parlament (*Raynald.* 1427 *no.* 15.), und an Heinrich Erzb. v. Canterbury (*l. c. no.* 16.), welcher letztere besonders darüber zur Rede gestellt wird, quod audivimus te dixisse irreverenter et improbe, propter pecunias exhauriendas abolitionem illius statuti apostolicam sedem ipsam quaerere. Auch in Pohlen waren ähnliche königliche Verordnungen erlassen, s. *Martini ep. ad Wladislaum Regem Poloniae dd. Kal. Apr. ann.* VIII, also 1425, wenn nicht XIII (1429) zu lesen ist (bei *Raynald. ann.* 1427 *no.* 17.): Refertur nobis quasi omnia in aliam dispositionem mutata esse; in eodem regno conculcari jura Ecclesiae, et ecclesiasticam opprimi libertatem; non multum timeri censuras nostras, et hujus sedis auctoritatem; electiones Ecclesiarum et Monasteriorum, quo-

zu werden dd); und so begannen die alten Klagen über die Gelderpressungen und Kirchenbedrückungen, wie über die Bestechlichkeit der Curie bald von neuem ee), und nur die Rö-

rum tamen omnimoda dispositio ad nos spectat, non esse liberas, sed fieri ad praescriptum tuum; beneficiorum per nos collatorum provisiones contemni, tum in beneficiis generaliter reservatis, atque in ea re non pareri mandatis nostris. In einem andern Schreiben an denselben dd. 7. Kal. Sept. ann. XIII (b. *Raynald. ann.* 1429 *no.* 13.) beschwert sich der Papst über gewisse königliche Schreiben, per quas tua Serenitas Praelatis et Canonicis Ecclesiae Gneznensis mandat sub gravi poena, ne aliquem extraneum in dicta Ecclesia recipiant ad possessionem alicujus beneficii, cum inter Praelatos regni ita statutum sit et conclusum.

dd) Unter den Vorschriften, welche er den Cardinälen gab, kommt allerdings (b. *Raynaldus ann.* 1424 *no.* 4.) auch vor: Pro Ordinum religionum quorumcunque aut personarum particularium protectione nihil pecuniae percipiant, etiam a sponte offerentibus. Nullas supplicationes ipsi Sanctissimo praesentent, nisi pro pauperibus, vel pro persona sua, seu servitorum, consanguineorum, vel affinium, aut familiarium suorum. Der Gesandte des deutschen Ordens schreibt an seinen Hochmeister i. J. 1429 (s. Raumer's hist. Taschenbuch f. 1833 S. 73): »Sie (die »Cardinäle) dürfen wider den Papst nicht reden, außer was er gerne »hört; denn der Papst hat die Cardinäle alle so unterdrückt, daß sie »vor ihm nicht anders sprechen, als wie er es gerne will, und wer»den vor ihm redend roth und bleich.« Daher waren die Cardinäle dem Papste auch sehr feindlich gesinnt, s. ebend. S. 173.

ee) *Antonini Summa hist. Tit. XXII. Cap.* 7. §. 3.: Hic igitur Pontifex Martinus, antea nequaquam vir sagax aestimatus sed benignus, in pontificatu tamen ita opinionem de se prius habitam redarguit, ut sagacitas quidem in eo summa, benignitas vero non superflua nec nimia reperiretur (abgeschrieben aus *Leonardus Aretinus* b. *Muratorius* XIX. *p.* 930). — Hoc in eo communis fama redarguit, nimis cupide insistere cumulationi pecuniae, ut nequaquam dicere valeret id primi Apostolici: *argentum et aurum non est mihi* (*Act.* 3, 6.).

mer, welche nach langer Zeit wieder den Gewinn der Curie theilten, waren mit dem neuen Zustande der Dinge zufrie=

Eberhard Windeck, Rath des Kaisers Sigismund, in der Lebensbeschreibung K. Sigismunds c. 55. (in *Mencken Scriptt. Rer. Germ. I. p.* 1117) sagt von Martin V.: Im wart zugegeben, das er der armest vnd einfaltigiste cardinal węre vnter allen cardinalen, die zu Costenz dazumale warent. — Dornach wart er der aller reichest vnd der allergutigiste, das man meinte man funde einen burnen vol goldein vnd duckaten hinter Im da er starb. Vergl. die Auszüge aus den vertraulichen Berichten der Gesandten des deutschen Ordens in Rom an den Hochmeister, welche Joh. Voigt in Raumer's histor. Taschenbuche für 1833 S. 92 ff. mitgetheilt hat. Das Hauptthema aller dieser Berichte ist was der Gesandte 1420 schreibt (S. 94): »Lieber Herr »Meister, Ihr müsset Geld senden, denn hier im Hofe alle Freund=»schaft endet, so sich der Pfennig wendet.« Im J. 1430 (S. 98) schreibt er: »Die Gierigkeit hat im Hofe zu Rom die Oberhand und »weiß von Tag zu Tag mit neuen Listen und Finten das Geld aus »Deutschland für die geistl. Lehen auszupressen, daß groß Schreien »und Klagen und Aergerniß darüber bey den Gelehrten und den »Curtisanen ist, so daß daraus wol großer Zwist über die Papstschaft »entstehen, oder gar der Gehorsam endlich entzogen werden wird, »damit man das Geld nicht also jämmerlich viel den Wälschen zu=»schleppe, und das Letzte wäre wol, wie ich vernehme, vielen Landen »zu Sinne.« Im J. 1429 (S. 103): — »also ist es Noth, den »Papst zu erweichen, was man aber nicht anders thun kann, als mit »Geld und Gaben. Allhie zu Rom sind wunderliche Finten, um »Geld zu erwerben. Ist da irgendwo Friede unter den Landen oder »Fürsten und Herren, man bringt es mit List zuwege, daß Zwie=»tracht entsteht um deswillen, daß der Theil, der gerecht ist, seine »Gerechtigkeit wehre und bewahre, und dafür muß er denn hier Geld »lassen. Wird ein Bischof, Propst, Prälat, oder sonst ein Domherr »mit Eintracht gewählt, so wird er in kurzer Zeit nicht bestätigt, »auf daß, wenn Jemand käme, der dem Erwählten einen Einfall »thun wollte, dieser, um seine Gerechtigkeit zu behaupten, mehr Geld »ausgeben muß, als er sonst gethan hätte: doch es sind die mancher=»lei Finten, die es allhie giebt, um Geld zu erkriegen, gar nicht zu

den ff). Von Concilien schien keine Hülfe mehr erwartet werden zu können gg), und so fand der Papst kein Bedenken, dem Beschlusse des Concilium von Siena gemäß hh), das Schauspiel eines neuen öcumenischen Concils, welches 1431 in Basel eröffnet werden sollte, wirklich zuzurüsten ii).

»beschreiben. Geld ist allhie der Freund und Förderer aller Dinge, »die man durchsetzen will.« Als sich Papst Martin V. in einer Streitsache gegen den Orden erklärte, schrieb der Gesandte an den Großmeister (S. 170): »Der Papst thut dieses nur darum mit so »großer Verfolgung und Uebermuth, weil er uns zu zwingen meint, »ihm 10 bis 12000 Gulden zuzuweisen, was wir doch, ob Gott will, »nimmer thun wollen: denn er ist so gierig, übermüthig und drückend »gegen diejenigen, über die er Macht zu haben meint, als nur je»mals ein Papst gewesen ist. Alles, womit er und der ganze Hof »zu Rom umgeht, das ist eine Büberei, Gierigkeit, Hypocritenschaft »und Uebermuth: das höre ich von Jedermann sagen, der der Red»lichkeit folget. Der Papst, wenn er sich Geldes und großer Brocken »vermuthet, läßt selten Jemanden zur Verantwortung kommen.« Die mitgetheilten Nachrichten über die reichen Geschenke, welche dem Papste und den Cardinälen theils regelmäßig, theils bei Streitsachen gegeben wurden, bestätigen diese allgemeinen Urtheile.

ff) Das vortheilhafte Urtheil des Platina (ed. 1645 p. 648 ss.) über diesen Papst ist ein römisches. Nach p. 669 wurde Martinus V. begraben comitante populo Romano, comitante Clero non aliter flente, quam si Ecclesia Dei, si urbs Roma unico atque optimo parente orbata fuisset.

gg) s. Gobelinus Persona not. z.

hh) *Mansi* XXIX. *p*. 6.

ii) s. die Vollmacht, welche er dem Cardinale Julianus ertheilte, als päpstl. Legat dem Concilio zu präsidiren, dd. Kal. Febr. 1431 b. *Mansi* XXIX. *p*. 11.

§. 132.

Concilium zu Basel (1431 — 1443). Eugenius IV. (3. März 1431 † 23. Febr. 1447).

Acten des Concils am vollständigsten in *Mansi Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio T. XXIX. p.* 1 — *T. XXXI. p.* 290 a).

Augustini Patricii, Canonicus zu Siena, *Summa Conciliorum Basileensis, Florentini, Lateranensis, Lausanensis etc.* i. J. 1480 aus zwei von Johannes v. Segovia herrührenden, in Basel aufbewahrten Handschriften ausgezogen (b. *Harduin. IX. p.* 1081 *ss.* und in *Hartzheim Concil. Germ. V. p.* 774 *ss.*).

a) Ein Verzeichniß der Acten, welche in 7 voll. Mss. des Collegii Navarrici in Paris vorhanden sind, und eine Aufzählung der auf dieses Concil bezüglichen Codices, welche in der Universitätsbibliothek zu Basel aufbewahrt werden, s. in *J. D. Schoepflini Commentationes hist. et criticae. Basil.* 1741. 4. *p.* 541 *ss.* Eine genauere Nachricht über die Baselschen Codices s. in Ochs Geschichte der Stadt u. Landschaft Basel. Bd. 3. (Basel 1819. 8.) S. 573 ff. Obgleich selbst *Bellarminus de Eccl. militante* c. 16. zugiebt, daß das Baseler Concil bis auf die 26. Sitzung, oder bis auf die Verlegung desselben nach Ferrara rechtmäßig und öcumenisch gewesen sey; so haben die Römer doch immer gegen die Gültigkeit mancher Schlüsse desselben vieles eingewendet, und in der röm. Ausgabe der Concilien von 1609 wurde (nach *Richerii hist. Concill. generall. lib. III. in fine* Versicherung auf Bellarmins Rath) das ganze Concilium weggelassen. Nachher hat bes. *Lucas Holstenius* in einer in *Phil. Labbei Concil. T. XIII. Append.* aufgenommenen Abhandlung die Ungültigkeit desselben behauptet: und diese Meinung ist in Rom so herrschend, daß selbst Clemens XIV. es zu Ulrich Mayers Irrthümern rechnete, daß das Baseler Concil bis zur 26. Sitzung gültig sey, s. Walchs neueste Religionsgesch. Th. 5. S. 245. Gemäßigte Gallicaner halten dagegen dasselbe bis zur 26. Sitzung für öcumenisch, so *Natalis Alex. hist. eccl. saec. XV et XVI. diss. VIII.*: die strengeren Gallicaner vertheidigen das ganze Concil bis zu dessen Auflösung, so *Richerius hist. concill. lib. III. cap.* 7.

Während sich die lange verhaltene Unzufriedenheit des Cardinalscollegii über Martins V. eigenmächtige Regierungsweise b) sowohl in den Maasregeln aussprach, durch welche die Cardinäle im Conclave sich für die Zukunft ihr Ansehen zu sichern suchten c), als in dem Verfahren, welches Euge-

b) Vergl. oben §. 131. not. dd.

c) Vergl. die Bulle dd. 12. Mart. 1431 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 5 *ss.*), durch welche Eugenius die Capitula, welche alle Cardinäle im Conclave für den Fall ihrer Erhebung auf den päpstl. Stuhl zu beobachten eidlich angelobt hatten, bestätigte. In dem Eingange ist indirecter Tadel gegen die vorige Regierung nicht zu verkennen. Die Capitula sind: quod (Papa) curiam Romanam in capite et membris reformabit, et incipiet quandocunque et quotiescunque requiretur per dominos Cardinales (Martin V. hatte blos in membris reformiren wollen, s. §. 131. not. dd): — nec dictam curiam educet de urbe Romana, neque transferet de loco ad locum, de provincia ad provinciam, — sine consilio et consensu consimili (Cardinalium, wie Martin V. gethan hatte, s. Raumer's hist. Taschenbuch f. 1833 S. 74. 159). Item quod Concilium generale celebrabit — in loco et tempore, de quibus fuerit sibi consultum per majorem partem Domm. Cardd., et in eo reformabit — universalem Ecclesiam circa fidem, vitam et mores. — Item quod non creabit Cardinales nisi juxta formam et ordinationem factam in Concilio Constantiensi, quam servare tenebitur, nisi de consensu et consilio majoris partis Domm. Cardd. aliud fiendum videretur. Item ut Romano Pontifici a dominis Cardinalibus libera perveniant consilia: non apponet (verpfänden) — bona alicujus ex eis, nec aliquid in suo statu et provisione immutabit, — nisi de expresso consilio et consensu majoris partis Domm. Cardd. nec damnabit eum nisi convictum numero testium expresso in constitutione Sylvestri Papae facta in Synodo generali, quae incipit: *Praesul non damnetur* (s. Abschn. 1. §. 20. not. e). Item quod bona Domm. Cardd., Praelatorumque, nec aliorum Cortesanorum (*Courtisans*) in Curia decedentium nullo modo occupabit, — sed permittet — fieri executiones

nius IV. gegen die Familie und gegen das Andenken seines Vorfahren annahm d): sammelte sich das Concilium in Basel

juxta voluntatem decedentium. — Item quod feudatarios regnorum, et alios vicarios, capitaneos, — omnesque officiarios urbis Romanae, et aliarum terrarum Ecclesiae Romanae obligabit sibi, et successoribus, ac coetui Domm. Cardd., — quod sede vacante ad mandatum Domm. Cardd. civitates, terras — tradant et expediant libere et sine contradictione quacunque. Item quod Dominis Cardinalibus permittet libere recipere, et assignari faciet medietatem omnium et singulorum censuum, jurium, — et emolumentorum quorumlibet Romanae Ecclesiae juxta concessionem Nicolai IV. — Nec dabit aliquam ex terris Ecclesiae Romanae in vicariatum, feudum, vel emphyteosim sine consensu et consilio majoris partis Domm. Cardd.; nec movebit guerram, nec confoederationes cum quocunque Rege, vel Principe temporali, aut Communitate faciet sine consilio et consensu consimili; nec imponet gabellas novas sive exactiones alias in urbe Romana, nec in aliis terris Ecclesiae Romanae; nec etiam concedet alicui Regi, Domino temporali, seu Communitati praeter vel contra libertatem ecclesiasticam exactionem super Clero vel Ecclesiis — sine causa rationabili, et tunc de simili eorundem Domm. Cardd. consensu. Item nihil de juribus — Ecclesiae Romanae alienabit, nec alienata de juribus quibuscunque Ecclesiarum aliarum — vel Ordinum — confirmabit — sine eorundem Domm. Cardd. consilio et consensu consimili. Item quod super omnibus, — in quibus consilium Domm. Cardd. requiritur, promotionibus ad Praelaturas dumtaxat exceptis, in literis suis — scribi faciet nomina Cardinalium consilium et consensum praebentium, — sicut fieri solebat ante Bonifacium VIII., ut excludatur abusus, qui longo tempore servatus est. — In arduis vero requiritur subscriptio Papae et Cardinalium.

d) Ueber den Krieg gegen die beiden Colonnen, welche die von Martin V. empfangenen kirchlichen Besitzungen und Gelder herausgeben sollten, und welche Eugenius im Sept. 1431 mit Hülfe der Venetianer und Florentiner zur Nachgiebigkeit zwang, s. zwei Zeitgenossen

so langsam, daß es anfangs eben so unbedeutend, wie das frühere zu Siena, bleiben zu wollen schien. Indeß die hussitischen Unruhen, welche auch Deutschland in mehrfacher Hinsicht bedroheten, führten das Concilium zu einer selbstständigeren Haltung, welche sich zuerst in der Anknüpfung von Unterhandlungen mit den Hussiten kund gab. Dadurch aufgeschreckt wollte der Papst das Concilium aufheben e): aber selbst der demselben vorsitzende Cardinallegat Julianus Cesarini widersprach ihm f), und der in Costnitz unbefriedigt gebliebene Reformations-

Andreae Billii (Augustiner in Mailand † 1435) *hist. Mediolanensis lib. IX.* in *Muratorii Scriptt. Rer. It. XIX. p.* 143 *ss.*, und die *Vita Eugenii IV.* in *Baluzii Miscell. lib. VII. p.* 506 *ss. cf. Raynald. ann.* 1431. *no.* 10 *ss.* Wie weit Eugenius gegen s. Vorgänger ging, s. *Andr. Billius p.* 145: Ipsum quoque Martini palatium (tantum processit ira) diruit: insignia familiae, aut Pontificatus, ubicumque per urbem eminebant, dejecit.

e) Das Schreiben des Concils an die Böhmen ist vom 15. Oct. (*Raynald.* 1431. *no.* 24.). Das Schreiben des Papstes an den Cardinal Julianus, worin er demselben befiehlt, das Concil. aufzulösen, und ein anderes in 1½ Jahren in Bologna zu eröffnendes anzukündigen, v. 12. Nov. (*l. c. no.* 21.).

f) Das Schreiben Julians unvollständig b. *Raynald.* 1431. *no.* 22., vollständig im *Fasciculus rer. expetend. et fugiend. ed. Lond. p.* 54 *ss.* Der Cardinal, welcher kurz vorher einen unglücklichen Kreuzzug gegen die Böhmen geleitet hatte, schreibt zuerst, warum er ungeachtet seiner früheren Abneigung doch den Vorsitz des Concils übernommen habe. Zuvörderst wegen der böhm. Sache. Dann u. A. Incitavit etiam me huc venire deformitas et dissolutio Cleri Alemaniae, ex qua laici supra modum irritantur adversus statum ecclesiasticum. Propter quod valde timendum est, nisi se emendent, ne laici more Hussitarum in totum clerum irruant, ut publice dicunt. Et quidem hujusmodi deformatio magnam audaciam praebet Bohemis, multumque colorat errores eorum, quia praecipue invehunt contra turpitudinem Cleri. Qua de re, etiamsi hic non fuisset generale Conci-

eifer entzündete sich jetzt in Basel mit erhöheter Lebhaftigkeit.

lium institutum, necessarium fuisset facere unum provinciale — pro Clero reformando: quia revera timendum est, nisi iste Clerus se corrigat, quod etiam extincta haeresi Bohemiae suscitaretur alia. Dann die Gründe, weshalb das Concil. nicht aufgehoben werden dürfe. Quanta hic scandala sequantur, et quam prope sit eversio fidei auscultet patienter S. V. Primo vocati sunt Bohemi ad istud Concilium: literas vocationis alias misi S. V. Hoc factum quilibet probat, tanquam salubre et necessarium, ut postquam armis totiens frustra certatum est, alia via tentetur. — Si Concilium dissolvitur, quid dicent haeretici? Nonne insultabunt in nostros, et fient proterviores? Nonne Ecclesia fatebitur se esse victam, cum non ausa fuerit expectare illos, quos vocaverat? — Ecce exercitus armatorum totiens fugit a facie eorum, et nunc similiter Ecclesia universalis fugit. Ecce nec armis, nec literis vinci possunt. Videbitur miraculum Dei evidenter, demonstrans, illos vera sentire, et nos falsa. — Quarto, quid dicet universus orbis, cum hoc sentiet? Nonne judicabit, clerum esse incorrigibilem, et velle semper in suis deformitatibus sordescere? Celebrata tot sunt diebus nostris Concilia, ex quibus nulla sequuta est reformatio. Expectabant gentes, ut ex hoc sequeretur aliquis fructus. Sed si sic dissolvatur, dicetur, quod nos irridemus Deum et homines. Et cum jam nulla spes supererit de nostra correctione, irruent merito laici in nos more Hussitarum: et certe fama publica de hoc est. Animi hominum praegnantes sunt, jam incipiunt evomere venenum, quo nos perimant: putabunt se sacrificium praestare Deo, qui Clericos aut trucidabunt, aut spoliabunt: quoniam reputabuntur jam in profundum malorum venisse, fient odiosi Deo et mundo: et cum modica nunc ad eos sit devotio, tunc omnis peribit. Erat istud Concilium quoddam retinaculum saecularium: sed cum viderint spem omnem deficere, laxabunt habenas publice prosequendo nos. Ah quis honor erit Romanae Curiae, quae Concilium congregatum pro reformatione turbavit? Certe totum odium, tota culpa, et ignominia transferetur in illam, tanquam cau-

sam, auctricemque tot malorum. — Septimo, his diebus civitas metropolitana Magdeburgensis expulit Archiepiscopum et Clerum, et jam illi cives incedunt more Bohemorum cum curribus, et dicitur quod miserunt pro uno capitaneo Hussitarum. Et quod valde timendum est, habet civitas ista ligam cum multis civitatibus et communitatibus illarum partium. Item civitas Pataviensis, quae est de dominio domini Episcopi, expulit Episcopum, et erexit machinas contra quoddam castrum Episcopi. Utraque istarum civitatum est finitima Bohemis, et si conjungant se cum illis, (prout valde timendum est), multarum civitatum habebunt sequelam. Scriptum est utrique rogando, ut supersedeant a guerra: et si qua controversia inter ipsos sit, offert se Concilium velle illam terminare. — Item quia magna discordia est inter civitatem Bambergensem, et Episcopum et Capitulum, quae est supra modum periculosa propter vicinitatem haereticorum: Concilium dat operam ad interponendum se pro concordia. — Si modo dissolvatur Concilium, nonne populi Germaniae videntes, se non solum destitutos ab Ecclesia, sed deceptos, concordabunt cum haereticis, et fient nobis inimiciores quam illi? Heu, heu, quanta ista erit confusio! finis pro certo est. Jam, ut video, securis ad radicem posita est: inclinata est arbor, ut cadat, nec potest diutius persistere. Et certe cum per se stare posset, nos ipsam ad terram praecipitamus. — Et quanquam dicatur, quod talis prorogatio et loci translatio sit ad bonum finem, ut ibi praesente Sanctitate Vestra majora bona sequi possint, nemo hoc credit, quia dicunt: *fuimus delusi in Concilio Senensi*, *iterum in isto*. — Item, beatissime Pater, per hujusmodi prorogationem non tolluntur scandala quae narrata sunt. Essent interrogandi haeretici, si volunt expectare usque ad annum cum dimidio, ut non disseminent virus suum. Essent et interrogandi, qui scandalizantur de deformitate Cleri, an interim velint supersedere. Ecce quotidie pullulat ista haeresis: illi quotidie seducunt Catholicos, aut vi opprimunt, non perdunt minimum temporis momentum. Quotidie nova scandala ex deformitate Clericorum insurgunt, et nihilominus provisiones ex remedio procrastinantur! Fiat quod fieri potest nunc: reli-

quum servetur ad annum cum dimidio. Ego timeo, quod usque ad annum cum dimidio, nisi aliter provideatur, magna pars Cleri Alemaniae erit desolata. Si per Germaniam diffunderetur haec vox, quod Concilium esset dissolutum, pro certo Clerus omnis daretur in praedam. — Sed audio, quod nonnulli trepidant, quod in hoc Concilio debeat auferri temporalitas ab Ecclesia. Mira res! Si hoc Concilium non fieret per viros ecclesiasticos, forsitan dubitandum foret: sed quis erit iste Ecclesiasticus, qui huic determinationi consentiat? Non solum quia esset contra fidem, sed quia redundaret in detrimentum eorum. — Nec etiam umquam fuit aliquod legitime congregatum Concilium, in quo Spiritus Sanctus permiserit aliquid contra fidem determinari. Cur timendum est contrarium in hoc? Hoc est diffidere de Spiritu Sancto. Sed vereor ne contingat nobis, sicut contigit Judaeis, qui dixerunt: *si dimittimus hunc, venient Romani, et tollent locum nostrum et gentem* (*Jo.* 11, 48.). Ita et nos dicimus: *si admittimus fieri Concilium, venient Laici, et tollent temporalitatem nostram.* Sed sicut justo Dei judicio factum fuit, quod Judaei perdiderunt locum suum, quia noluerunt dimittere Christum: ita et justo Dei judicio fiet, quod quia nolumus admittere Concilium fieri, perdemus temporalitatem nostram, et utinam non corpora et animas! Quando Deus vult alicui populo aliquod infortunium immittere, primo disponit, ut pericula non intelligantur, neque considerentur. Ita videtur nunc contingere viris ecclesiasticis, quos saepe redarguo esse caecos, qui vident ignem, et nihilominus currunt versus illum. — Nunquam fuisset celebratum aliquod Concilium, si hujusmodi timor invasisset corda patrum nostrorum, sicut invadit nostra. Sed et si hunc timorem habemus, cur non opponimus remedium? Cur ad evitandum unum malum, volumus incurrere majus? Ecce remedium ad hoc: Mittat huc Sanctitas Vestra aliquos de reverendissimis Domm. Cardinalibus, et aliquos notabiliores Praelatos, qui reperiri possunt, et bene affectos sedi Apostolicae, et qui sint bene inclinati ad bonum universale; det Sanctitas Vestra omnem favorem possibilem huic Concilio, promoveat ipsum quantum potest; scribat ei literas benignas, exhortando ipsos, ad

Ohne des Papstes zu achten g), eröffnete sich die Synode fei-

sancta opera, quae proponunt, offerendo se etc. — Quando isti talia videbunt et audient, in veritate puto, quod, etiamsi haberent malum animum, mutarent illum: et non solum studebunt conservare auctoritatem sedis Apostolicae, sed augere. — Sed si videant contrarium, verbi gratia de dissolutione Concilii, tunc scandalizantur: et sequitur hoc, quod, ubi prius erant tepidi, hujusmodi vox reddet ipsos magis acutos et ferventes. Dann eine Widerlegung der päpstl. Vorwände für die Auflösung des Concils. — Ad minus, beatissime Pater, differat S. V. usque ad mensem Julii, quia tunc cessabunt illa inconvenientia et scandala, quae modo obstant, videlicet de haereticis vocatis ad Concilium, et militaribus: quia infra illud tempus omnia ista erunt completa. Poterunt etiam fieri aliquae ordinationes super reformatione Cleri Alemaniae et mitti per Germaniam, et sic videbitur aliquid factum, nec tunc poterit aliquid imputari S. V. Et hoc quidem nunc fieret cum scandalo et sine effectu: tunc honestius fieri poterit. — Aviso Sanctitatem Vestram, quod me hinc recedente, vel dimittente praesidentiam, isti statim facient sibi unum praesidentem auctoritate Concilii.

g) Am 18. Dec. 1431 erließ der Papst die Aufhebungsbulle (b. *Mansi XXIX. p.* 564 *ss.*). Ein Hauptgrund ist, daß Bologna zu dem mit den Griechen der Vereinigung wegen zu haltenden Concilio am gelegensten sey. Et quia post transmissionem praefatarum nostrarum literarum ad notitiam nostram pervenit, ultra ea quae superius continentur, praefatos Bohemos haereticos in Constantiensi Concilio tam mature atque solemniter condemnatos — fuisse invitatos Basileam ad disputandum et contendendum super articulis — condemnatis, — et alia diversa scandala et pericula imminere; — exnunc — Concilium, si quod — Basileae congregatum videatur, — dissolvimus, — aliudque Concilium in anno cum dimidio — in praefata civitate Bononiensi — indicimus. Et nihilominus in decennio aliud simile Concilium, juxta statuta Constantiensis synodi, — in civitate Avinionensi similiter extunc indicimus.

erlich (Sess. I. den 14. Dec. 1431) h), erneuerte die Costnitzer Beschlüsse über die Würde allgemeiner Concilien i),

h) Die Berathungsweise und der Geschäftsgang wurden auf eine eigenthümliche Weise durch die *Articuli de modo procedendi in S. Concilio conclusi in gen. Congregatione* d. 26. Sept. 1430 (wohl 1431) b. *Mansi* XXIX. *p.* 377 geregelt: Primo sint quatuor deputationes, sicuti sunt, inter quas omnes de Concilio distribuantur aequaliter, quantum commode fieri poterit. Et sint in qualibet deputatione de quolibet statu, scil. Dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, Doctorum, Religiosorum, exemptorum et non exemptorum, et aliorum. — Nihil autem ardui proponat Praesidens in congregatione generali ad deliberandum seu concludendum, nisi prius fuerit propositum in singulis deputationibus et agitatum; nisi casus esset repentinus et talis, cujus mora esset nociva. — Die Namen der vier Deputationen waren: *Pro Communibus*, *Reformatorii*, *Fidei*, *Pacis*.

i) *Sess. II.* den 15. Febr. 1432 (*Mansi XXIX. p.* 21) wurden zuerst die beiden ersten Beschlüsse der Sess. V. Conc. Const. (s. §. 131. not. h) erneuert, wonach das Concil über den Papst, und auch der Papst demselben zu gehorchen schuldig seyn sollte. Ferner: Synodus Basiliensis decernit et declarat, quod ipsa pro haeresum extirpatione, ac morum generali reformatione Ecclesiae in capite et in membris, necnon pace inter Christianos procuranda in Spiritu Sancto legitime congregata per nullum, quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate praefulgeat, dissolvi, aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut potest, debebit aut poterit in futurum, absque ejusdem Synodi Basileensis deliberatione et consensu. Dann: Item diffinit, — quod nulla persona — in eadem Synodo actu existens aut futura — ad recedendum ab eadem a quoquam, quavis auctoritate etiamsi papali dignitate praefulgeat, — sine — consensu ipsius sanctae Synodi requiri, — evocari ad alium locum — valeat, seu ne ad eandem sanctam Synodum veniat, possit aut debeat quomodolibet impediri. Si autem a quoquam, quavis auctoritate, etiamsi papali dignitate praefulgeat, in contrarium

entbot den Papst und die Cardinäle zu sich k), und fing an, sich in jeder Beziehung als höchste kirchliche Behörde geltend zu machen l): ihre Vertheidiger, unter denen Nicolaus

attentatum fuerit, seu attentaretur in futurum, aut processus poenales vel mandata, etiam censurae ecclesiasticae — fulminati fuerint — aut fulminarentur in futurum; totum sit irritum et inane. Endlich, quod Praelati et alii, qui tenentur huic sacro Concilio interesse, ab hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, per deputatos seu ab hoc sacro Concilio deputandos examinanda, non recedant. — Et tunc taliter recedens teneatur dimittere aliis in loco remanentibus suam potestatem.

k) *Sess. III.* den 29. Apr. 1432 (*l. c. p.* 25): Haec sancta Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata praedictum beatissimum dominum Papam Eugenium cum omni reverentia et instantia supplicat, et per viscera misericordiae Jesu Christi exorat, requirit, et obtestatur, ac monet, quatenus praetensam dissolutionem, sicut de facto processit, de facto revocet: — necnon infra trium mensium spatium, quod ad hoc pro termino peremptorio praefigit et assignat, si corporalis ipsius dispositio patiatur, personaliter veniat: sin autem, personam vel personas loco et vice sui destinet et transmittat cum plenaria potestate ad omnia et singula in hoc Concilio peragenda. — Alioquin si haec Sanctitas Sua facere neglexerit (quod de Christi Vicario non est aliqualiter sperandum), sancta Synodus, prout justum fuerit, et Spiritus Sanctus dictaverit, necessitatibus Ecclesiae providere curabit, et procedet secundum quod juris fuerit divini pariter et humani. Similiter — dominos Cardinales — requirit, — quatenus infra spatium trium mensium ab intimatione praesentium — ad dictum sacrum Concilium generale veniant etc. —

l) *Sess.* IV. den 12. Jul. 1432 wurde beschlossen (*l. c. p.* 32), quod in eventum vacationis Sedis Apostolicae hoc sacro generali durante Concilio electio summi Pontificis in loco istius sacri Concilii fiat. — *Item* — statuit et ordinat ipsa Synodus, quod de cetero in literis suis authenticis utatur bulla plumbea pendente cum chordula cannabis aut serici, prout varie-

Cusanus der bedeutendste war, äußerten aber Grundsätze, welche das Papstthum in seinen innersten Grundlagen bedroheten m). Durch die allgemeine Beistimmung ermu-

tates causarum et rerum, super quibus litterae eaedem conficientur, postulabit, in uno missionis Spiritus sancti in specie columbae, in alio vero lateribus horum verborum *Sacrosancta generalis Synodus Basileensis* sculpturas continente, decernens eisdem plenam et omnimodam fidem adhibendam fore. *Item* — statuit, — quod durante hoc sacro Concilio Romanus Pontifex, a loco istius sacri Concilii absens personaliter, non debeat nec possit aliquem — in s. Romanae Ecclesiae Cardinalem — assumere. — Et si secus attentatum fuerit, ex nunc in antea irritum sit et inane, nulliusque roboris vel momenti. Dann übertrug die Synode dem Cardinalis s. Eustachii die Regierung von Avignon und Venaissin, cum ad ipsius sacrae Synodi notitiam — sit deductum, quod civitas Avinionensis — certis urgentibus rationibus et causis necessariis Vicarium per summum Pontificem ad ipsius regimen destinatum se admittere non debere praetendat, atque ad eundem summum Pontificem ambaxiatas destinaverit pro utili et salubri gubernatione civitatis ejusdem ac comitatus Venaycini eidem adjacentis, suppliciter postulans, ut de alio utili eis provideretur Vicario, quod hucusque obtinere nequivit, nec sperat posse obtinere: quinimmo is qui pro Vicario destinatus est, intendit et nititur suscipere gubernationis officium invita civitate, congregare satagens multitudinem gentium armatarum.

m) Nicolaus Chrypffs (d. i. Krebs) aus Cues a. d. Mosel geb. 1401, † 1464 (Berichtigungen u. Zusätze zu s. Lebensbeschreibungen in d. Tübinger theol. Quartalschrift. Jahrg. 1831. Heft 2. S. 386) als Decanus v. St. Florinus in Coblenz auf dem Concilio gegenwärtig, schrieb jetzt s. *libb.* III. *de catholica concordantia* (*in ejusd. Opp. Paris.* 1514. *fol.* *T.* III. u. in *Sim. Schardii Syntagma tractatuum de imperiali jurisdictione Argent.* 1609. *fol. p.* 285). Vergl. u. a. folgende Grundsätze *lib. II. c.* 34: Universale Concilium catholicae Ecclesiae supremam habet potestatem in omnibus super ipsum Romanum Pontificem. — Licet

thigt n) ging das Concilium bald von Ermahnungen zu Drohungen, und alsdann zu einem gerichtlichen Verfahren gegen den Papst

secundum plura Sanctorum scripta potestas Romani Pontificis a Deo sit, et secundum alia ab homine et Conciliis universalibus (vergl. Bd. 1. §. 92. not. p. dd. hh. *fff.*): tamen videtur in veritate medium concordantiae per scripturas investigabile ad hoc demum tendere, quod ipsius Pontificis Romani potestas, quoad considerationem praeeminentiae prioratus et principatus, sit a Deo per medium hominis et Conciliorum, scilicet mediante consessu electivo. — Unde etsi Romanus Pontifex, aut ex loco et sede Petri, aut principatu civitatis inter caeteros mundi Episcopos in primatu ut praecipuus — veneraretur: tamen nisi subjective ex consensu concurreret electio per eos, qui aliorum omnium vices gerunt, non crederem, ipsum praesidem aliorum omnium et principem sive judicem esse. Quare si per possibile Treverensis Archiepiscopus per Ecclesiam congregatam pro praeside et capite eligeretur, ille proprie plus successor s. Petri in principatu foret, quam Romanus Pontifex. *Lib. III.* c. 2.: Sunt meo judicio illa de Constantino (die *Donatio Constantini*) apocrypha, sicut fortassis etiam quaedam alia longa et magna scripta, Sanctis Clementi et Anacleto Papae attributa, in quibus volentes Romanam sedem omni laude dignam plus, quam Ecclesiae sanctae expedit et decet, exaltare, se penitus aut quasi fundant.

n) So schrieb die Univ. Paris den 9. Febr. 1432 an das Concil (*Bulaei hist. Univ. Paris. V. p.* 412), sie hätte gehört, plerosque filios iniquitatis ad ipsum totis adspirare conatibus, ut sanctum ac salutare Concilium — prorogetur, aut transferatur, et verius, penitus irritetur atque dissipetur. — Non itaque, Venerandi Patres, torpescant corda vestra, non frangantur animi! — Si autem Romanus Pontifex illud propria auctoritate vellet dissolvere atque dissipare ante plenariam digestionem articulorum inceptorum, non eidem putamus in ea re, salva sedis auctoritate, esse obtemperandum, sed potius in facie, si opus esset, resistendum, sicut Paulus, qui signum tenet Doctorum, Petro in facie restitit, figuram gerenti Pon-

über o). Dieser schien zwar anfangs hartnäckig widerstehen zu wollen, aber bedrängt durch den Herzog von Mailand und

tificum. Etsi enim summus Pontifex in Concilio praeemineat atque praesideat, non suae tamen facultatis est ad arbitrium concludere, sed ad ampliorem numerum concordium sententiarum.

o) Zur Vertheidigung des Papstes redeten den 22. Aug. 1432 die beiden Erzbischöfe von Colocz u. Tarento, die an der Spitze einer päpstl. Gesandtschaft nach Basel gekommen waren, vor einer Congregatio generalis. Ihre Reden b. *Mansi XXIX. p.* 468 *ss.* Das Concilium gab darauf eine ausführliche *Responsio synodalis de auctoritate cujuslibet Concilii generalis supra Papam et quoslibet fideles, quodque sine ejus consensu non potuit dissolvere Concilium Basileense Dominus Eugenius Papa IV.* (b. *Mansi XXIX. p.* 239 *ss.*). In der *Sess. VI.* den 6. Sept. (*l. c. p.* 39) trugen die Promotores Concilii zwar darauf an, den Papst und die nicht erschienenen Cardinäle für contumaces zu erklären: das Concilium verschob aber noch den Beschluß, und ermahnte *Sess. VIII.* den 18. Dec. von neuem den Papst, sich binnen 60 Tagen zu fügen. *Sess.* X. den 19. Febr. 1433 erfolgte auf den erneueten Antrag der Promotores der Beschluß: haec s. Synodus judices hujus sacri Concilii deputat et ordinat ad videndum et ad examinandum processum factum contra eundem dominum Eugenium, et referant in Congregatione generali. *Sess. XII.* den 14. Jul. 1433 (*l. c. p.* 59) Synodus — amodo in dictum Dominum Eugenium acrioribus remediis, quandoquidem leniora non prosunt, procedere decrevit. Et quamquam in tam notorie et incorrigibiliter scandalizantem Ecclesiam statim posset finalem ferre sententiam, nesciens tamen maternae pietatis oblivisci, intuitu etiam praefati Serenissimi Imperatoris, qui per suas litteras super hoc nos exacte rogavit, adhuc ipsum Dominum Eugenium tertio monere, ac etiam tertiam ei indulgere dilationem proponit, ut in sua potestate sit, si velit, poenam evitare. Sie giebt ihm daher eine neue Frist von 60 Tagen, droht dann aber zunächst mit Suspension, processura tandem ad ulteriora, usque ad sententiam finalem inclusive, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius non citato, prout Spi-

die aufrührerischen Römer, welchen die Vertheidigung der Rechte des Concils einen willkommenen Vorwand für ihre Unternehmungen darbot p), und von einem großen Theile seiner Cardinäle verlassen q), mußte er sich dennoch entschließen; in Allem nachzugeben r). Die päpstlichen Legaten wurden

ritus Sanctus dictaverit: omnem autem ipsius Papatus administrationem in his omnibus, quae in spiritualibus et temporalibus ad solum Papam, vel ad solam sedem Apostolicam de jure pertinere noscuntur, eadem sancta Synodus post dictum terminum ad seipsam decernit et declarat ipso facto esse devolutam. *Sess. XIII.* den 11. Sept. 1433 wurde dem Papste eine neue Frist von 30 Tagen und *Sess. XIV.* den 7. Nov. 1433 eine abermalige von 90 Tagen bewilligt.

p) *Raynald. ann.* 1433. *no.* 26. 1434. *no.* 6.

q) *Antonini summa hist. P. III. Tit.* 22. *Cap.* 10. §. 2.: Et cum nec satis fama prospera Eugenii foret, praesertim quia Pontificatum tranquillissimum a Martino susceptum ipse confestim magnis perturbationibus involvisset: Cardinales plures ab eo recesserunt, aliqui clam insalutato hospite, alii patenter occasione inventa alicujus bonae rei fiendae, et Basileam pergentes — simul cum multis aliis Episcopis et Praelatis convenerunt. Einzelnheiten darüber berichtet der Gesandte des deutschen Ordens an seinen Hochmeister, s. Raumer's Taschenbuch f. 1833. S. 75. Nach ihm hielten es nur vier Cardinäle mit dem Papste.

r) Besonders bemühete sich der Kaiser Sigismund den Papst zur Nachgiebigkeit zu bewegen, aber anfangs ohne Erfolg, s. *Eugenii epist. ad Franc. Foscarem ducem Venetiarum* b. *Raynald. ann.* 1433. *no.* 19. Primum — cum (Imperator) institisset nobiscum literis et nunciis, ut Concilio illi haereremus omnino, hoc recusavimus: potius enim hanc Apostolicam dignitatem et vitam insuper posuissemus, quam voluissemus esse causa et initium, ut pontificalis dignitas et sedis Apostolicae auctoritas submitteretur Concilio contra omnes canonicas sanctiones, quod nunquam antea neque aliquis nostrorum praedecessorum fecit, neque ab ullo extitit requisitum. Indeß erließ er doch

darauf (Sess. XVII. den 26. Apr. 1434) erst dann zum Vorsitze zugelassen, nachdem sie sich den entschiedenen Maasregeln

den 1. Aug. 1433 die Bulle *Dudum* (*Mansi XXIX. p.* 574) mit der Erklärung: *volumus et contentamur*, praefatum generale Basileense Concilium a tempore inchoationis suae continuatum fuisse et esse, prosecutionemque semper habuisse et continuari, prosecutionemque ad praedicta habere debere, perinde ac si nulla commutatio, translatio seu dissolutio facta fuisset: quinimmo praefatam commutationem, translationem, seu dissolutionem *revocantes* ipsum Concilium Basileense pure, simpliciter, cum effectu ac *omni caritate amplectimur:* — ita tamen quod praesidentes nostri ad praefati Concilii praesidentiam admittantur cum effectu, ac omnia singula contra personam, auctoritatem ac libertatem nostram et sedis Apostolicae ac venn. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, et aliorum quorumcunque nobis adhaerentium in dicto Concilio facta et gesta per dictum Concilium prius omnino tollantur. Das Concilium war mit dieser Bulle nicht zufrieden, und stellte *Sess. XIV.* den 7. Nov. 1433 (*Mansi XXIX. p.* 72) mehrere Formeln für die verlangte päpstliche Erklärung zur Auswahl aus: und der Papst gab eine neue, nach denselben geänderte Ausgabe der Bulle *Dudum* den 15. Dec. 1433 (*Mansi l. c. p.* 78). In dieser hieß es: *decernimus et declaramus*, praefatum generale Concilium Basileense a tempore praedictae inchoationis suae *legitime* continuatum fuisse et esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari ac prosecutionem habere debere ad praedicta et pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset: quinimmo praefatam dissolutionem *irritam et inanem* — *declarantes*, ipsum sacrum generale Concilium Basileense pure, simpliciter et cum effectu ac *omni devotione et favore prosequimur.* — Praeterea — duas nostras literas, — et alias quascunque, et quidquid per nos aut nostro nomine in praejudicium aut derogationem praedicti sacri Concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem factum et attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus et annullamus. — Item revocamus quoscumque processus — factos contra supposita hujus sacri Concilii Ba-

des Concils zur Sicherung seiner Unabhängigkeit gefügt hatten s).

sileensis et adhaerentes eidem. — Nos autem deinceps a novitatibus et gravaminibus seu praejudiciis inferendis ipsi sacro Concilio, vel suppositis ejus et adhaerentibus eidem realiter et cum effectu desistemus. Die aufgehobenen Bullen sind wörtlich eingeschaltet.

s) Zuerst mußten die Legaten den 8. April in einer Congregatio generalis schwören (*Mansi XXIX. p.* 409), fideliter laborare pro statu et honore Concilii Basileensis, et ejus decreta defendere et manutenere, et specialiter decretum Concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur et est talis: *Primo quod generalis Synodus Constantiensis necnon quaecunque alia Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata — potestatem a Christo immediate habet etc. — Item declarat, quod quicumque, cujuscumque status et dignitatis etc.* (s. §. 131. *not. h*). Item dare sanum et salubre consilium secundum Deum et conscientias suas, et non revelare vota singulorum, inquantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter possit oriri aliquod odium vel scandalum, et non recedere a loco hujus Concilii sine licentia obtenta a deputatis ejusdem. Dann erst wurden sie *Sess.* XVII. den 26. Apr. auf folgende Weise zugelassen (*Mansi* XXIX. *p.* 90): Sacrosancta generalis Synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repraesentans, dilectos Ecclesiae filios Nicolaum tit. s. Crucis in Jerusalem presbyterum, Julianum s. Angeli diaconum, s. Romanae Ecclesiae Cardinales, et venerabiles Joannem Archiepiscopum Tarentinum et Petrum Episcopum Paduanum, ac dilectum Ecclesiae filium Ludovicum Abbatem s. Justinae Paduanae tantum admittit in Praesidentes in hoc sacro Concilio, nomine, vice et loco sanctissimi Domini Eugenii P. IV. cum infrascriptis conditionibus et clausulis, plenissimum robur et effectum per omnia habituris, videlicet, sine omni jurisdictione coactiva, salvo etiam modo procedendi in hoc sacro Concilio hactenus observato, praesertim qui continetur in ordinationibus hujus s. Concilii, quae incipiunt: *Primo sint quatuor deputationes* (s. oben *not. h*). —

Jetzt begann das nunmehr sehr zahlreich werdende Concilium die in Costnitz zwar vielfach berathene, aber unvollkommen durchgesetzte Kirchenreformation ernstlich wieder aufzunehmen t). Schon Sess. XII. den 13. Juli 1433 waren die

Item quod lectis in congregatione generali his quae conclusa sunt per deputationes primus inter Praesidentes ibidem praesentes — concludat juxta ordinationes sacri Concilii. Quod si nolit ipse aut alius de Praesidentibus — facere, tunc proximior Praelatus subsequens in ordine considendi concludat. — Et si forte nullus de Praesidentibus veniat ad congregationem, vel ad sessionem generalis Concilii, tunc primus Praelatus — pro illo die faciat officium Praesidentis. Item quod omnia acta hujus sacri Concilii (sicut hactenus est observatum) fiant et expediantur sub nomine et bulla ipsius Concilii.

t) Rathschläge zu derselben übersandte *Andreas de Escobar Episc. Megarensis* (dieß nach Nicol. Antonii biblioth. Hisp. sein wahrer Name, nicht, wie v. d. Hardt ihn hat, Episc. Magorensis), der schon auf dem Concilio in Costnitz thätig gewesen war, dem Cardinale Julianus in seinem *Gubernaculum Conciliorum* (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. VI. p.* 139 *ss.*) i. J. 1434 (nicht 1435, s. p. 177 u. 186). Merkwürdige Aeußerungen s. p. 182: Et timendum est, quod ante diem judicii, et in brevi (Romana Ecclesia), nisi super eam fiat reformatio et reparatio, desoletur et foras mittatur et ab hominibus conculcetur. Quia penitus ab illis fundamentis Sanctorum et Apostolorum, Martyrum et Confessorum, et Jesu Christi ac patrum nostrorum et majorum doctrinis, et regulis conscientiae aliena, et omnibus vitiis et turpitudinibus defoedata. p. 186: Si (generale Basileense Concilium) absque reformatione dissolvatur, tunc certe speratur, quod sancta Romana Ecclesia et Apostolica — spoliabitur suis ornamentis et possessionibus temporalibus, et Clerus et Apostolica Ecclesia privabitur suis bonis et privilegiis, ac libertatibus, et erit sub servitute peccati ac tributo census et nummi, et turbabitur ac nimium fluctuabit Petri navicula, quae in se Judam et Simonem recepit,

meisten päpstlichen Reservationen aufgehoben u), Sess. XV. den 26. Nov. 1433 waren regelmäßige Diöcesan- und Provincialsynoden vorgeschrieben v): jetzt wurden Sess XX. den

qui generalibus Conciliis contradicunt, et ea dissolvere satagunt, et ne fiant imposterum, impediunt.

u) Das *Decretum de electionibus et confirmationibus Episcoporum et Praelatorum* (b. *Mansi XXIX. p.* 61) hebt die päpstl. Reservationen auf, reservationibus in corpore juris clausis, et his quae in terris Romanae Ecclesiae ratione directi seu utilis dominii mediate vel immediate subjectis fieri contigerit, semper exceptis, und bestimmt, quod per electiones et confirmationes canonicas, secundum juris communis dispositionem, praedictis Metropolitanis, Cathedralibus, Monasteriis, et collegiatis Ecclesiis ac dignitatibus electivis vacantibus debite provideatur. — Decernitque haec s. Synodus rationi fore consentaneum et reipublicae accommodum, ut contra hoc salutare decretum Romanus Pontifex nihil attentet, nisi ex magna, rationabili ac evidenti causa, litteris Apostolicis nominatim exprimenda. Et ut eo firmius hoc salubre decretum custodiatur, vult eadem s. Synodus, ut inter alia, quae Romanus Pontifex in sua assumptione profitebitur, juret decretum hoc inviolabiliter observare. Dann Bestimmungen über die Wahl der Prälaten. Für Confirmation derselben soll durchaus nichts gezahlt werden. Summum vero Pontificem haec s. Synodus exhortatur, ut, cum speculum et norma omnis sanctitatis et munditiae esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat: alioquin, si secus faciendo notorie et incorrigibiliter ex hoc Ecclesiam scandalizet, futuro Concilio deferatur. Pro oneribus autem, quae ipsum pro regimine universalis Ecclesiae subire oportet, proque sustentatione S. R. E. Cardinalium et aliorum necessariorum officialium hoc sacrum Concilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenter provideat.

v) *Mansi XXIX. p.* 74: — s. Synodus — praecipit, Synodum Episcopalem in qualibet dioecesi post octavas dominicae Resurrectionis, vel alia die secundum consuetudinem dioecesum,

22. Jan. 1435 Beschlüsse gegen den Concubinat der Cleriker w), gegen vorschnelle Verhängung des Interdicts x), und

ad minus semel in anno, ubi non est consuetudo bis annuatim, celebrari per dioecesanum propria in persona. Sie soll wenigstens 2 oder 3 Tage dauern, und sich mit Einschärfung der Kirchenordnungen, Untersuchung der Sitten der Priester, Abstellung von Unordnungen, Unterdrückung von Ketzereyen ꝛc. beschäftigen. Zu diesem Ende sollen testes synodales vereidet werden. — Provinzialconcilien sollen mindestens alle drei Jahre gehalten werden. — Auch die Mönchsorden sollen ihre Capitula regelmäßig halten.

w) *Mansi XXIX. p.* 101. *Sess. XX. Decr.* 1. Jeder Cleriker, der zwei Monate nach Publication dieser Verordnung noch publicus concubinarius sey, solle a perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum für 3 Mon. ipso facto suspendirt, und wenn er aufgefordert die Concubine nicht sogleich entläßt, seiner Stelle entsetzt werden. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quaestus a concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali foeditate sordescere (s. Abth. 3. §. 108. *not.* i): sub poena maledictionis aeternae praecipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicujus quaestus, talia quovis modo tolerent aut dissimulent: alioquin ultra praemissam negligentiae poenam duplum ejus, quod propterea acceperint, restituere ad pios usus omnino teneantur et compellantur. Ipsas autem concubinas — Praelati modis omnibus curent a suis subditis, etiam per brachii saecularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres suos cohabitare non permittant.

x) *Decr.* 3: Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire, statuit haec sancta Synodus, quod nulla civitas, oppidum, — aut locus ecclesiastico supponi possint interdicto, nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum, aut domini seu rectorum vel officialium: propter culpam autem — alterius cujuscunque privatae personae hujusmodi loca interdici nequaquam possint, — nisi — domini seu rectores — ipsorum locorum, auctoritate judicis requisiti, hujusmodi personam excommunicatam infra

gegen leichtsinnige Appellationen y) gefaßt. Sess. XXI. den 9. Juni wurden die Annaten aufgehoben z), und Misbräuche, welche sich in Beziehung auf den Gottesdienst eingeschlichen hatten, verboten aa); Sess. XXIII. den 25. März 1436 er=

biduum inde — non ejecerint, aut ad satisfaciendum compulerint.

y) *Decr.* 4: Ut lites citius terminentur, super eodem gravamine, aut super eadem interlocutoria vim diffinitivae non habente nullatenus liceat secundo appellare. Quodque ante diffinitivam frivole vel injuste appellans, ultra condemnationem expensarum, damnorum, et interesse, in quindecim florenis auri de camera parti appellatae per appellationis judicem condemnetur.

z) *Mansi XXIX. p.* 104. *Sess. XXI. Decr.* 1. *de annatis:* In nomine Spiritus Sancti paracleti statuit haec sancta Synodus, quod tam in curia Romana quam alibi pro seu in confirmatione electionum, admissione postulationum, praesentationum provisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, praesentatione, etiam a laicis facienda, institutione, installatione, et investitura, de Ecclesiis etiam cathedralibus et metropolitanis, Monasteriis, — officiisque ecclesiasticis quibuscumque, necnon ordinibus sacris et benedictione ac pallio, de caetero nihil penitus ante vel post exigatur ratione literarum, bullae, sigilli, annatarum communium, et minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocumque alio titulo. — Huic autem sacro canoni si quis — contraire praesumpserit, poenam incurrat adversus simoniacos inflictam. — Et si (quod absit) Romanus Pontifex, qui prae caeteris universalium Conciliorum exequi et custodire canones debet, adversus hanc sanctionem aliquid faciendo Ecclesiam scandalizet, generali Concilio deferatur. Caeteri vero pro modo culpae juxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione puniantur.

aa) namentl. bei der Abhaltung der horae canonicae u. der Messen. *Decr.* 9. wird der abusus verboten, quo nonnulli Ecclesiarum Canonici contrahentes debita, sic se creditoribus obligant,

folgten Bestimmungen über die Wahl, die Vereidung und die Regierungspflichten des Papstes bb), und über die Verhältnisse

ut nisi statuto tempore satisfaciant, a divinis cessetur officiis. *Decr.* 11. gegen das Narrenfest (s. Abth. 2. §. 79.): Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra, baculo ac vestibus pontificalibus more Episcoporum benedicunt, alii in reges ac duces induti, quod festum fatuorum, vel innocentum seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alii larvales et theatrales jocos, alii choreas et tripudia marium ac mulierum facientes homines ad spectacula et cachinnationes movent, alii comessationes et convivia ibidem praeparant: haec s. Synodus detestans, statuit et jubet tam Ordinariis, quam Ecclesiarum Decanis et Rectoribus sub poena suspensionis omnium proventuum ecclesiasticorum trium mensium spatio, ne haec aut similia ludibria, neque etiam mercantias seu negotiationes nundinarum in Ecclesia, quae domus orationis esse debet, ac etiam coemeterio exerceri amplius .permittant, transgressoresque per censuram ecclesiasticam, aliaque juris remedia punire non negligant.

bb) *Mansi XXIX. p.* 110. *Sess. XXIII. Decr.* 1. *de electione summi Pontificis.* C. 2. Der neugewählte Papst soll, ehe ihm Obedienz geleistet wird, eine professio ablegen, welche C. 3. folgt. Es ist die bereits in Costnitz vorgeschriebene (§. 131. not. p) mit Zusätzen. Er verspricht hier zuerst, für Reinheit der Lehre, Beobachtung der Kirchengebräuche, Ausrottung der Ketzereyen, pro reformatione morum ac pace in populo Christiano zu sorgen. Dann: juro etiam prosequi celebrationem Conciliorum generalium et confirmationem electionum juxta decreta sacri Basileensis Concilii. An jedem Jahrsfeste seiner Wahl oder Krönung soll ihm aber diese professio während der Messe von einem Cardinale wieder vorgelesen werden, mit Hinzufügung folgender Ermahnungen: Curet igitur Sanctitas Tua, pro honore Dei, et salute animae Tuae, et utilitate universalis Ecclesiae praedicta omnia pro viribus observare bona fide, sine dolo et fraude. Recogites etiam, cujus vicem geras in terris etc. — Memineris quid b. Petrus aliique sibi succedentes Pontifices fecerunt, qui nihil aliud

der Cardinäle cc), nebst einem unbedingten Verbote der bereits aufgehobenen päpstlichen Reservationen dd). Dieses ent=

cogitabant, nisi honorem Dei etc. — Noli Tibi aut Tuis thesaurizare in terris etc. — In distribuendis dignitatibus et beneficiis non carnem, non munera, non quid aliud temporale, sed solum Deum, et virtutes atque hominum merita Tibi proponas. In corrigendis excessibus ecclesiasticam exerce disciplinam. — Pauperes autem ac miserabiles personas defende, juva et sustenta. Ad omnes autem paternam habe caritatem. Dann folgen ausführliche Anweisungen des Concils, wie der Papst die Kirche und den Kirchenstaat regieren solle.

cc) *Decr.* 4. *de numero et qualitate Cardinalium.* Zuerst werden hier die Costnitzer Bestimmungen wiederholt (§. 131. not. t). Dann wird den neuernannten Cardinälen ein Eid vorgeschrieben, und den Cardinälen vorgeschrieben, wie sie für ihre titulos sorgen, den Papst in der Regierung der Kirche unterstützen, und erinnern, und wie sie leben sollen. U. A. Si quando Papam (quod absit) negligentem aut remissum, seu agentem quae statum illius non decent, ipsi Cardinales inspexerint, filiali reverentia et caritate tanquam patrem obsecrent, ut officio pastorali honorique ac debito suo satisfaciat. Et primo quidem aliquis vel aliqui de iis per se, deinde si se non corrigat, omnes collegialiter accersitis quibusdam notabilibus Praelatis, praedicentes, quod si non abstinuerit proximo generali Concilio deferant: nec pro salute ipsius Summi Pontificis et bono publico ejus odium vel quidquam aliud timeant, dum tamen reverenter et caritative id agant.

dd) *Decr.* 6. *de reservationibus* (vergl. oben not. u). Et quia multiplices Ecclesiarum et Beneficiorum hactenus factae per summos Pontifices reservationes non parum Ecclesiis onerosae extiterunt; ipsas omnes tam generales quam speciales sive particulares de quibuscumque Ecclesiis et Beneficiis, quibus tam per electionem, quam collationem, aut aliam dispositionem provideri solet, sive per Extravagantes *Ad regimen* et *Execrabilis*, sive per regulas Cancellariae, aut alias Apostolicas constitutiones introductas, haec s. Synodus abolet, statuens ut de caetero nequaquam fiant; reservationibus

schiedene Verfahren des Concils brachte bald von neuem ein gespanntes Verhältniß mit dem Papste hervor, und beide Theile klagten sich gegenseitig ungebührlicher Anmaßungen an [ee]). Als nun der Papst die Friedenshandlungen mit den

in corpore juris expresse clausis, et his, quas in terris Romanae Ecclesiae ratione directi seu utilis dominii, mediate vel immediate subjectis fieri contigerit, duntaxat exceptis. Dieß war dasselbe, welches schon die deutsche Nation in Costnitz in ihren Avisamentis (s. §. 131. not. s) verlangt (*v. d. Hardt I, XXII. p.* 999), aber nicht erhalten hatte, s. ihr Costnitzer Concordat *Cap.* 2. (§. 131. not. t).

ee) Das Baseler Concilium hatte sich schon lange vergeblich bemüht, den Papst zur förmlichen Annahme und Beobachtung seiner Decrete, insb. des Decrets de electionibus (not. u) zu bewegen, und zu diesem Zwecke mehrere Gesandtschaften an ihn geschickt (die Namen der Gesandten s. *Mansi XXX. p.* 1064). Die Rede der vierten, aus Jo. de Hungaria Decr. Doctor. u. Mag. Matthaeus Mesnage bestehend, welche den 14. Juli 1435 bei dem Papste Audienz hatte, ist schon voll Vorwürfe und Drohungen (*Mansi XXX. p.* 939): Si Sanctitas Vestra non servaret decretum de electionibus per sacrum Concilium promulgatum, timendum foret, quod infra decem aut quindecim annos s. catholica Ecclesia divisa reperiatur in tot partes quot sunt dioeceses. Daher wiederholte Bitten, quatenus Sanctitas Vestra deinceps cum effectu servare et servari facere velit decreta edita et edenda per sacrum Concilium Basileense, et in contrarium attentata revocare, alioquin P. B. dicta sacra Synodus multiplicibus jurgiorum ac scandalorum crebris propulsata opprobriis, intendit dare operam efficacem, per quam decreta sua ab omnibus inviolabiliter observentur, etiam quacumque praefulgeant dignitate, prout ei possibile erit. — In omnibus autem Sanctitas Vestra velit sic agere, quod patres in sacro Concilio concipere valeant, Sanctitatem Vestram manutenere sacrum Concilium, et non per indirectum dissolvere. Zugleich überreicht die Gesandtschaft das Decret *de annatis* (s. not. z), ermahnt zur Beobachtung desselben, und erklärt zugleich: Sacrum Concilium

Griechen von neuem zum Vorwande nahm, um die Verlegung des Concils nach Italien, wo der päpstliche Einfluß sich mehr

omnino dispositum est, et jam laborat, per aliquem alium modum honestiorem Sanctitati Vestrae et Dominis Cardinalibus talem facere provisionem, de qua Sanctitas Vestra et Domini Cardinales merito poterunt contentari: praesertim autem si sacrum Concilium informatum fuerit, realiter et cum effectu Sanctitatem vestram decreta sacri Concilii Basileensis servare ab aliisque observari facere, et in contrarium attentata revocare. Der Papst schickte darauf Oratores nach Basel, die darauf antragen mußten (*Mansi* XXX. *p.* 946), quod aut suspendatur decretum de annatis, aut debita sedi Apostolicae fiat provisio: diesen wurde aber erklärt (p. 950), daß diese Provision erst stattfinden würde, si Summus Pontifex ipse circa synodalium decretorum observantiam animum, ut decet, inclinaverit. Dann wurde den 20. Jan. 1436 eine neue Gesandtschaft an den Papst beschlossen, die eine noch entschiedenere Sprache führen, und schließlich erklären sollte (s. ihre Instruction l. c. p. 1064), quod sacrum Concilium non valens amplius ista tolerare, mittit dictos oratores, per quos sacrum Concilium rogat ipsum dominum nostrum, — ac solemniter et peremtorie requirit et monet, ut — velit a talibus penitus abstinere, ac efficaciter servare decreta istius sacri Concilii, et tenorem adhaesionis suae; et quod in testimonium hujus infra XXV. dies a die hujuscemodi monitionis publice ac solemniter in Consistorio publico debeat facere legi litteras more Curiae Romanae bullatas infrascripti tenoris, mittendas infra [alios] XXV. dies ad sacrum Concilium, in generali congregatione seu sessione legendas. Quod si — praedicta non fecerit; — ipsum sacrum Concilium protestatur coram Deo et hominibus, quod sine alia dilatione et citatione — procedet contra ipsum juxta decretum Concilii Constantiensis. Das angehängte Formular der vom Papste verlangten Bulle lautet (p. 1065): Omnes appellationes interpositas vel interponendas ad nos a sententiis latis per sacrum Concilium, vel Commissarios aut Judices ejusdem ipso durante, annullamus et irritamus, mandantes sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus Judi-

geltend machen konnte, zu verlangen; als aber die Baseler

cibus et Commissariis auctoritate nostra deputatis, ne super illis procedere audeant. Revocamus etiam omnia gravamina, et quidquid factum est dicta auctoritate nostra contra tenorem nostrae adhaesionis, ac contra decreta ipsius sacri Concilii Basileensis: ratificamus et approbamus omnia decreta ipsius sacri Concilii Basileensis, et praesertim de electionibus et de annatis: pollicemur, quod sine dolo et fraude illa manutenere et servare etc. Es folgt dann das dem Papste zu überreichende *Monitorium*, in welchem die Beschwerden gegen denselben ausführlich dargelegt sind. Zu denselben gehörten auch folgende (p. 1067): quotidie nostrae a diversis personis ac pro variis causis aures pulsantur propter importabilia gravamina eis illata in derogationem per nos nostraque auctoritate gestorum, potissime quod adversum sententias hic latas, quae in rem transiverint judicatam, adversum ipsam etiam causarum pendentiam in hoc sacro Concilio, rescripta concesserit quotidieve concedat, appellationes etiam a sententiis per hanc Synodum seu ejusdem Commissarios latis in Curia et extra commiserit et committat, lites propter hoc faciendo immortales, et divisiones quam plurimas seminando, necnon varia supposita (*suppôts*) ab hoc sacro Concilio avocando, qui in agendo pro universali Ecclesia plurimum conferebant. Schon hier heißt es p. 1068: Intellexit a fide dignis plurimis s. Synodus, eundem Dominum Eugenium ad diversos reges et principes suos nuncios destinasse, ut in earundem annatarum perseverantia sibi adsisterent. Eine bald nachher abgefaßte vom Papste angenommene Berathungsschrift zur Instruction der päpstlichen an die Fürsten zu sendenden Nuntien bei *Raynald. ann.* 1436. *no.* 2 *ss.* enthält eine ausführliche Vertheidigung des Papstes und eine Anklage der ganzen Verfahrungsweise und der Beschlüsse des Concils. Es wird hier als eine unerhörte Irrlehre der Baseler bezeichnet (*no.* 3.), Concilia generalia non suscipere auctoritatem et fundamentum a Christi Vicario, so daß also Romanus Pontifex, ut Praelatus quilibet, obedire tenetur decretis — Concilii. — Quod nihil aliud est, quam potestatem Summi Pontificis Christique Vicarii in terris totaliter annihilare, et supremam potestatem ipsi a

Väter, die drohende Gefahr erkennend, alle diese Anträge be-

Christo datam in manibus multitudinis ponere: quod est non tam erroneum, quam etiam ab omni doctrina ss. Patrum totaliter alienum, immo toto statu catholicorum Principum valde perniciosum, quoniam pari modo possent eorum populi, si congregarentur, supra eos praetendere potestatem. Das *Decretum de annatis* sey (*no.* 4.) in grave praejudicium et depressionem Apostolicae sedis gemacht, cum a tanto tempore, de cujus contrario non est memoria, et per multa retro saecula (! s. Abth. 3. §. 101. *not. aa.* §. 103. *not. c*) Summus Pontifex — in pacifica fuerit possessione de levandis annatis: — utpote quae nunquam fuerint per aliquod Concilium revocatae, immo potius in generali Viennensi (!!) et Constantiensi Concilio susceptae. — Cardinales etiam S. R. E. et caeteri Curiales Romanae Curiae — in praesentia S. D. N. publice sunt protestati, — affirmantes, quod si decretum hujusmodi tam praecipitanter factum debebat observari, compellebantur relinquere sedem Apostolicam et ejus servitia. Auch hätten die Baseler nie ernstlich an eine anderweitige provisio für den Papst gedacht. Mit Recht wird (*no.* 6.) aber darüber geklagt, daß sich das Concilium ungebührlich in die kirchliche Administration mische: Illud summe advertendum est, et ad quos omnis Principum consideratio se convertere debet, quod ii, qui Basileae sunt, omnia administrant et faciunt tam in spiritualibus quam in temporalibus quae spectant et pertinent ad exercitium supremi in Ecclesia Principis, quoniam minores causas agunt, de causis confirmationis cognoscunt, postulationes, quae soli gratiae nituntur, et quos solus Papa consuevit admittere vel rejicere, non solum in Concilio recipiunt, immo eas contra provisiones Apostolicae sedis admittunt, — de canonizationibus Sanctorum cognoscunt, beneficia et officia — dant, pensiones super beneficiis imponunt, confessionalia concedunt more Romanae Curiae, ab omnibus peccatis absolvunt, — dant indulgentias, — faciunt Doctores in omni facultate nullo vel modico examine praevio, cum illegitimis dispensant ad ordines, dignitates et haereditates, plerisque pallium conferunt, Episcopos consecrari praecipiunt, — in gradibus a

harrlich verwarfen ff); so war der Bruch zwischen beiden Thei-

jure prohibitis dispensant ita faciliter, ut repertum sit, dispensatum esse per unum Praelatum in secundo gradu consanguinitatis auctoritate, ut dicebatur, Concilii. — Quae omnia nullum umquam generalium Conciliorum — facere praesumpsit etc. — Daher sollen denn die Legaten die Fürsten auffordern ernstlich einzuschreiten *no.* 14., nämlich, wenn die Baseler nicht nachgeben wollen (*sexto*), ipsi Principes velint suos oratores de Basilea revocare, necnon etiam Praelatos eorum et subditos tam ecclesiasticos, quam saeculares. Charakteristisch ist der Schluß dieser Instruction (*no.* 15.), wo den Legaten angegeben wird, was sie insbesondere dem Kaiser, und was dem Könige von Frankreich zu Gemüthe führen sollen. Dann: Similiter unicuique Regi et Principi specialia quaedam dici poterunt pro majori parte, prout erit expediens, quae ipsimet nuntii pro eorum prudentia scient reperire. Non esset etiam malum, quod nuntii — habeant aliquas particularitates etiam in foro conscientiae, ut possent gratificare Regibus et Principibus. Utile praeterea foret, si ii nuntii Apostolici secum portarent sub bulla aliquam Curiae reformationem, quam Regibus et Principibus praesentarent. Hoc enim baculo adversarii nostri semper nos invadunt et percutiunt, quia dicunt multa in Romana Curia fieri, quae egent magna reparatione, nec illa tamen corriguntur. Per hanc reformationem, *etiam si usquequaque plena non foret*, *modo essent aliqua*, eorum ora obstruerentur, qui continue lacerant et carpunt Romanae Curiae famam, — redderenturque tunc Reges et Principes melius aedificati, et magis proni ad condescendendum petitionibus Domini nostri Papae etc.

ff) Nachdem zwischen dem Papste und den Griechen schon Unterhandlungen gepflogen waren, erschienen 1434 griech. Gesandte in Basel, und schlugen als Orte des zu haltenden Concils vor (*Sess. XIX.* b. *Mansi XXIX. p.* 94) Calabria, Ancona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia civitas in Italia: extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Austria, et ad ultimum Sabaudia. Das Concil beschloß (p. 95) Gesandte nach Constantinopel zu senden, welche den Kaiser für Basel bestimmen, sonst aber sich

len bald entschieden. Das Concilium setzte Sess. XXVI. den 31. Juli 1437 den Papst in Anklagezustand gg): Eugenius

bereit erklären sollten, unter jenen Orten zu wählen. Der Patriarch v. Const. erklärte aber den Gesandten (*Raynald.* 1435. *no.* 8.), es sey nothwendig, ut statuatur beatissimum Dominum Papam in meditata oecumenica Synodo interesse personaliter, et non repraesentative, electo et statuto loco congruente et commodo pro quiete dicti beatissimi Domini Eugenii et nostra. Darauf entschied sich *Sess. XXV.* den 7. März 1437 duplo major pars der Synode für Basel, Avignon oder Savoyen, und zwar so (*Mansi XXIX. p.* 134), quod apud Imperatorem — et alios Graecos diligens et debita fieret instantia, — ut ex diversis bonis respectibus civitatem Basileensem acceptarent pro dicto oecumenico Concilio ibidem celebrando: quam si eos omnino recusare contingeret, extunc civitas Avinionensis locus esset — Concilii. — Si tamen illud in eadem celebrari non posset, extunc in Sabaudia Concilium celebraretur antedictum. Die Minorität der Synode, und an ihrer Spitze die päpstlichen Legaten, fertigten aber an demselben Tage ein anderes Decret im Namen der Synode aus (b. *Raynald.* 1437. *no.* 7.), ut videlicet civitas Florentina aut Utinum in patria Forijulii ponenda in manu Concilii, seu quicunque alius locus tutus in decreto (*Sess.* XIX. s. oben) comprehensus Summo Pontifici et Graecis accommodus pro oecumenico Concilio eligatur, und der Papst bestätigte sogleich durch eine Bulle v. 29. Juni (b. *Raynald.* 1437. *no.* 8.) diesen letztern Beschluß. Eine ausführliche Schilderung der stürmischen Sess. XXV. giebt Aeneas Sylvius als Augenzeuge in einem zuerst von Mansi XXXI. p. 220 herausgegebenen Briefe.

gg) *Mansi XXIX. p.* 137 *ss.* Es wird hier bloß die Nichtbeachtung der Baselschen Reformationsbeschlüsse als Grund angegeben: Ille, qui primus haec exequi debuerat, quemque et Christi praecepta et canones sacrorum Conciliorum prae caeteris servare oportuerat, immo et caeteros ad horum observantiam efficaciter inducere, nulla unquam monitione, nulla exhortatione induci jam longo tempore potuit, ut aliquam morum emendationem Christo placentem, aut notissimorum abusuum correctionem in Ecclesia sancta Dei efficere satageret. Quin

verlegte durch eine Bulle vom 18. Sept. 1437 das Concilium von Basel nach Ferrara hh), und eröffnete für den 8. Jan. 1438 wirklich eine neue Synode: das Concilium sprach zur Erwiderung Sess. XXXI. den 24. Jan. 1438 über ihn die Suspension aus ii). Dieß war zugleich die letzte Sitzung, in welcher noch einige reformatorische Beschlüsse, um die Menge der in Rom anhängigen Klagen zu beschränken kk), und um

potius conspicit universus orbis, sub ejus regimine majora semper scandala gravioraque exoriri. Davon ein langes Verzeichniß. Non autem solum in rerum spiritualium regimine hanc ipsam ruinam consideramus, sed et in gubernatione temporalium dominiorum s. Romanae Ecclesiae notorios defectus attendimus. — Quantas enim terras ipse Dominus Eugenius alienaverit, quantaeque ejus incuria et insolerti regimine deperditae et occupatae sint, — notoria facta testari videntur. Daher ladet sie den Papst binnen 60 Tagen zur Verantwortung vor, und fordert die Cardinäle bei Strafe auf, ut infra eundem terminum in hac civitate Basileensi compareant, saluti s. matris Ecclesiae cum caeteris in Synodo congregatis consulturi et opportune provisuri, prout Spiritus Sanctus dictaverit.

hh) b. *Harduin IX. p.* 698.

ii) Sess. XXVIII. den 1. Oct. 1437 war er für contumax erklärt (*Mansi XXIX. p.* 147). Sess. XXIX. den 12. Oct. war die Verlegung des Concils nach Ferrara für ungültig erklärt, und allen Prälaten befohlen, nach Basel zu kommen. Sess. XXXI. erfolgte dann die Suspension (*Mansi XXIX. p.* 168): s. Synodus praedictum Eugenium P. IV. manifestum contumacem, et in aperta rebellione persistentem, ac notorie incorrigibiliterque Ecclesiam Dei scandalizantem — ab omni administratione Papatus in spiritualibus et temporalibus suspendit. — Omnem autem ipsius Papatus administrationem — eadem s. Synodus ad seipsam decernit ac declarat esse devolutam.

kk) *Sess. XXXI. decr.* 1. *de causis* (*Mansi XXIX. p.* 159): — Inoleverunt hactenus intolerabilium vexationum abusus permulti, dum nimium frequenter a remotissimis etiam partibus

eine würdigere Besetzung der geistlichen Stellen zu bewir=

ad Romanam Curiam, et interdum pro parvis et minutis rebus ac negotiis quamplurimi citari et evocari consueverunt, atque ita expensis et laboribus fatigari, ut nonnunquam commodius arbitrarentur juri suo cedere, aut vexationem suam gravi damno redimere, quam in tam longinqua regione litium subire dispendia. Sic facile extitit calumniosis opprimere pauperes, sic beneficia ecclesiastica plerumque minus juste per litium anfractus obtenta sunt, dum justis possessoribus eorum, seu quibus illa de jure competebant, neque opes neque facultates ad illos sumptus sufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam Curiam et litis agitatio in eadem deposcebant. Daher beschließt die Synode, quod in partibus ultra quatuor diaetas a Romana Curia distantibus omnes quaecumque causae, exceptis majoribus in jure expresse enumeratis, et electionum Ecclesiarum cathedralium, et Monasteriorum, quas immediata subjectio ad sedem Apostolicam devolvit, apud illos judices in partibus, qui de jure aut consuetudine praescripta vel privilegio cognitionem habent, terminentur et finiantur. Et ne sub umbra appellationum; quae nimium leviter, et nonnumquam frivole hactenus interponi visae sunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium saepe multiplicari, materia fovendis injustis vexationibus relinquatur; statuit eadem s. Synodus, quod si quis offensus coram suo judice habere non possit justitiae complementum, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: nec ad quemcunque, etiam ad Papam, omisso medio, neque a gravamine in quacumque instantia ante diffinitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen exstiterit, quod in diffinitiva sententia reparari nequiret: quo casu, non alias, ad immediatum superiorem licet appellare. Si vero quispiam a sedis Apostolicae immediate subjecto ad ipsam sedem duxerit appellandum, causa per rescriptum usque ad finem litis inclusive in partibus committatur: nisi forte propter defectum justitiae, aut justum metum, etiam in partibus convicinis, — apud ipsam sedem foret merito retinenda.

ken ll), gefaßt wurden: denn von jetzt an wurde die Thätigkeit der Synode ausschließlich von der Streitigkeit mit dem Papste in Anspruch genommen mm).

In dem Interesse der weltlichen Fürsten lag es jetzt, ihren Landeskirchen die Baseler Reformationsbeschlüsse zu sichern nn),

ll) *Decr.* 2. *de collationibus beneficiorum.* Der röm. Papst soll keine gratias exspectativas mehr gewähren, wie auch keine reservationes particulares mehr stattfinden sollen. *Decr.* 3. *Qualificationes et ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios.* Jede Cathedralkirche soll einen theologus haben, der dritte Theil aller Präbenden mit Graduirten besetzt werden; in Städten sollen nur eben so qualificirte Personen Pfarrer werden, aut ad minus qui per tres annos in theologia, vel in altero jurium, seu magistri in artibus, qui in aliqua Universitate privilegiata studentes fuerint, et hujusmodi gradum adepti fuerint.

mm) Eine Darstellung dieser Streitigkeit zu Gunsten des Papstes giebt *Joannes de Polemar* in einer 1443 verfaßten Schrift (b. *Mansi XXXI. p.* 197 *ss.*); eine andere zu Gunsten des Concils *Nicolaus de Tudesco*, *Archiepisc. Panormitanus* (als Canonist unter dem Namen Abbas od. Panormitanus bekannt) *l. c. p.* 205 *ss.*

nn) Obgleich Johannes Nider, ein Dominicaner, der auf dem Concilio sehr thätig war, nicht viel davon erwartet. Er läßt in seinem i. J. 1437 verfaßten *Formicarius* (od. *De visionibus ac revelationibus ed. v. d. Hardt. Helmst.* 1692. 8.) lib. I. c. 7. p. 96 den *Piger* mit Beziehung auf das Costnitzer und auf das praesens Basileense Concilium, quod pene in omnium bullarum suarum praeferebat exordio reformationis titulum, fragen, utrum de totali reformatione Ecclesiae in membris et capite aliquam spem habere possimus. Der *Theologus* antwortet darauf: Non omnino frustra celebrata fuerunt duo ista Concilia. — De totali autem, quam depingis, reformatione Ecclesiae ad praesens et ad propinqua futura tempora nullam penitus spem habeo. Tum quia voluntas bona in subditis deficit, tum quia illud Praelatorum malitia impedit, tum etiam, quia illud electis Dei, qui persecutionibus malorum probantur, non expedit.

zugleich aber auch das drohende Schisma abzuwenden. Carl VII. K. v. Frankreich war zwar mit den Beschlüssen von Basel gegen den Papst nicht zufrieden, eignete aber dennoch die Reformation dieser Synode mit einigen Modificationen durch die pragmatische Sanction von Bourges den 7. Jul. 1438 oo) der französischen Kirche an, und verwarf die Synode von Ferrara. In Deutschland bemüheten sich bei der Erledigung des Kaiserthrons die Churfürsten zwischen den streitenden Theilen zu vermitteln, und erklärten, um desto eher Nachgiebigkeit zu bewirken, am Tage vor der Wahl Albrechts II., den 17. März 1438, die deutsche Kirche für neutral pp). Dennoch wurden derselben durch eine in Mainz den 26. März 1439 von Kaiser und Reich vollzogene Acceptationsurkunde qq)

oo) Pragmatique Sanction od. la Pragmatique de Bourges *ed. Pinson*, *Paris*. 1666. *fol.*, in den *Ordonnances des Rois de France de la troisième Race vol. XIII. p.* 267. u. in Münch's Sammlung aller ältern und neuern Konkordate. Th. 1. S. 207 ff. *cf. Histoire contenant l'origine de la Pragmatique Sanction, — comme elle a été observée, et les moyens dont les Papes se sont servis pour l'abolir*, in den *Traitez des Droits et Libertez de l'Eglise Gallicane. T. I.* 1731. *fol.*

pp) s. die Protestation in Joh. Joach. Müller's des heil. röm. Reichs teutscher Nation Reichstagstheatrum wie selbiges unter Keyser Friedrichs V. allerhöchsten Regierung gestanden (Jena 1713. Fol.) Th. 1. S. 30.

qq) Das Instrumentum acceptationis wurde aus langer Vergessenheit wieder hervorgezogen und herausgegeben von dem Mainz. Geheimen Staatsrath Horix in d. Concordata Nat. Germ. integra. Francof. et Lips. 1763. 4., verbessert in d. Conc. Nat. Germ. integra variis additamentis illustrata (Francof. et Lips. 1771. 3 Tomi 8.) T. I. p. 38 ss. Die beste Ausgabe nach der Urschrift im churfürstlichen Archive zu Mainz mit den nöthigen Erläuterungen ist d. *Sanctio Pragmatica Germanorum illustrata ed. Christoph. Guil. Koch. Argentor.* 1789. 4. *p.* 93 *ss.* Münch's Sammlung aller ältern u. neuern Konkordate. Th. 1. S. 42 ff.

ebenfalls die Vortheile der Baseler Reformation zugesichert. Durch den allgemeinen Beifall, welchen diese Reformation fand, ließ sich, wie es scheint, das Concilium zur Ueberschätzung seiner moralischen Kraft verleiten: es lehnte jede Anmuthung zur Nachgiebigkeit ab rr), fuhr in seinem Verfahren gegen Eugenius IV. fort, sprach Sess. XXXIV. den 25. Mai 1439 das Absetzungsurtheil gegen ihn aus ss), und wählte den 17. Nov.

rr) *cf. Aeneae Sylvii commentariorum de gestis Conc. Basileensis libb. II.*, zu Gunsten des Concils 1444 geschrieben, umfaßt die Jahre 1438—1440: die angehängte *Epist. ad Joannem de Segovia de coronatione Felicis* wird oft als *lib. III.* gezählt. Beides findet sich im *Fasciculus rerum expetendarum et fugiendarum p.* 1 *ss.* und ist auch besonders herausgegeben *Basil.* 1577. 8. *Cattopoli* 1667. 4. Nach Aeneas Sylvius hätten die Fürsten durch einträchtiges Zusammenwirken das Schisma verhindern können, vergl. s. merkw. Aeußerung i. J. 1438 gegen den kaiserl. Canzler Caspar Schlick Ep. 54.: Vidi quid Reges scribunt ex copiis literarum, nec despero rem posse bene conduci, si aggredi velimus negotium. Omnibus enim, ut vides, displicet schisma, omnes abhorrent. Viam autem sopiendi hoc malum Carolus Rex Franciae nisi fallor et tutam et brevem ostendit, ut fiat conventus Principum vel eorum oratorum in communi aliquo loco, ibique una recipiatur conclusio per omnes. — Haec via non posset impediri: nec Papa, nec Concilium reniti possent, tanquam hoc absque ipsis fieri nequiret. Licet enim Principibus saecularibus convenire invito Clero, et tamen illic unio fieri posset. Nam ille Papa indubitatus esset, cui omnes Principes obedirent. Non video Clericos, qui velint pro ista vel illa parte martyrium ferre. Omnes hanc fidem habemus, quam nostri principes: qui si colerent idola, et nos etiam coleremus. Et non solum Papam sed Christum etiam negaremus saeculari potestate urgente, quia refriguit caritas, et omnis interiit fides. Utcunque sit, pacem desideramus, quae sive per aliud Concilium, vel per conventum Principum detur, nihili pendo.

ss) *Mansi XXIX. p.* 179 *ss.* s. Synodus pro tribunali sedens

1439 durch eine Commission den Herzog Amadeus VIII., Herzog v. Savoyen, als Felix V. zum Papste tt).

Dieses rasche Verfahren uu), durch welches so bald nach der mühevollen Beseitigung eines langwierigen Schisma ein

per hanc suam sententiam diffinitivam — pronuntiat, decernit et declarat, Gabrielem prius nominatum Eugenium P. IV. fuisse et esse notorium et manifestum contumacem, mandatis seu praeceptis Ecclesiae universalis inobedientem, et in aperta rebellione persistentem, violatorem assiduum atque contemptorem sacrorum canonum synodalium, pacis et unitatis Ecclesiae Dei perturbatorem notorium, universalis Ecclesiae scandalizatorem notorium, simoniacum, perjurum, incorrigibilem, schismaticum, a fide devium, pertinacem haereticum, dilapidatorem jurium et bonorum Ecclesiae. — Quem propterea eadem s. Synodus a Papatu et Romano Pontificio ipso jure privatum esse declarat etc.

tt) cf. *Aeneae Sylvii Commentar.* (s. not. rr).

uu) Daß es in Basel leidenschaftlich, und auch sonst nicht durchaus musterhaft zuging, läßt sich schon aus dem Obigen erkennen. Vergl. *Jo. de Polemar* (s. not. mm) b. *Mansi XXXI. p.* 202: Nullibi pejus decreta Basileensium quam Basileae servata sunt. Formula illa morum, in cibis, in vestibus, in familiaribus, in falleris (*phaleris*) equorum, in modo vivendi et procedendi, in deputationibus, in congregatione generali fuitne unquam servata? Qualiter supplicationes, et alia per deputationes expedita sint temere, immoderate, prout quilibet plus poterat aut per clamores et impressiones, aut multitudinem votorum, non advertendo quid expediat, sed omnia passim concedendo, ea praesertim quae sedes Apostolica repulerat, — pudet referre. Mittunt utique nuncios cum facultatibus, quae nec legatis de latere per sedem Apostolicam tradi consueverunt. Si Diabolus a Basileensibus aliquid peteret et contra fas et jus; dummodo illis vellet assentire, facillime impetraret. Offerunt et ipsi et Antipapa eorum Regibus, Principibus, et Praelatis privilegia, facultates, dignitates, ut illis adsistant etc.

anderes herbeigeführt war, schadete der Sache des Concils ungemein. Felix V. wurde nur in wenigen Ländern anerkannt. Das Concilium verlor durch Abreise und Abfall vieler seiner Glieder immer mehr an Bedeutung und Nachdruck, und bestand seit dem 16. Mai 1443, wo es seine 45. und letzte Sitzung hielt, blos dem Namen nach noch fort vv). Eugenius

vv) Das Verhalten der Nationen bei dieser Spaltung beschreibt *Aeneas Sylvius descript. Germaniae* c. 10.: Gallia quidem, atque Hispania, Italia quoque, Ungaria et Anglia Eugenium sequebantur: Sabaudia, Suicenses, Basilienses, Argentinenses, ac ex Saxonia Caminenses, simulque de ducibus Bavariae Albertus Monaci Felici obediebant. Rex Aragonum et Siciliae Alphonsus, Polonique et Britones nec Eugenio nec Felici, sed Concilio Basileensium auscultabant. Reliqua Germania neutralitatem quandam induit. Den Bestand des Concils beschreibt *Joannes de Polemar* (s. not. mm) i. J. 1443 also (b. *Mansi* XXXI. p. 206): Nulli Primates, Archiepiscopi, et Episcopi orbis Antipapae adhaeserunt, exceptis paucissimis illis de Pedemontium et Sabaudiae, quos non veritas trahit, sed metus et subjectio compellit, ac illis tanti sceleris patratoribus Basileae existentibus, quorum nomina opportunum est inserere, ut pateat, qui et quales sint, qui Ecclesiam perturbant. Arelatensis Episcopus (Ludwig Allemand, Erzb. v. Arles u. Cardinal, Präsident des Concils), Gratianopolitanus Episcopus (v. *Grénoble*), Basiliensis Ep., Ep. Aquensis, Marsiliensis sine possessione Episcopus, Lacusanensis sine possessione, Ep. Argentinensis titulatus, Ep. Grossetanus titulatus. Fuerunt etiam duo Episcopi de Arragonia, quos D. Rex tenebat ibi, ut terreret S. D. N. ne esset sibi adversarius in regno Neapolitano. Fuerunt autem pauci quidam Abbates de dioecesi Basiliensi, metu ibi manere compulsi; fuerunt quidam Monachi apostatae et fugitivi, et nonnulli vel notarii vel copistae, et quidam alii vix in sacris constituti nullius aestimationis, qui quidem nec in dioecesanis nec in provincialibus Conciliis de jure vel consuetudine admitterentur, qui Basileam ad hoc profecti fuerant, et ad hoc mo-

würde leichtes Spiel gegen seinen Gegner Felix gehabt haben, wenn er nicht zugleich auch die Baselschen Reformationsbe-

rabantur, ut effugerent superiorum suorum correctionem, vel ut alios litibus vexarent, vel ut scandalum aliquod perpetrarent etc. Schon seit 1437 hatten sich viele angesehene Bischöfe von dem Concile getrennt, und die niedern Cleriker hatten auf demselben das Uebergewicht. Dagegen erklärte sich zwar Nicolaus Panormitanus (vergl. not. mm) i. J. 1439, als er Aufschub des Verfahrens gegen den Papst verlangte (s. *Aen. Sylv. de Conc. Basil. lib. I. ed. Cattop.* 1667. *p.* 36): Si Episcopi et Abbates computarentur, nemini dubium esse, quin major pars differri praesentem rem vellet. Cumque totius potestas Concilii in Episcopis resideret, haud ferendum esse, ut eis spretis, quod majori parti inferiorum placeret, id concluderetur. Aber der *Cardinalis Arelatensis* verwies dagegen auf Stellen des Augustinus und Hieronymus (l. c. p. 43): si, prout Hieronymo placet, Episcopi sunt sola consuetudine praelati Presbyteris, utique fieri potest, ut consuetudinem contraria tollat consuetudo: at si Presbyteri debent Ecclesiam Dei cum Episcopis in commune regere, satis notum est, quod ad eos quoque decidere res spectat Ecclesiae dubias. — Si soli Episcopi vocem habeant, id demum fiet, quod nationi placebit Italicae, quae sola nationes alias in numero Episcoporum aut superat aut aequat. Utcunque est, opus Dei hac vice fuisse autumo, ut inferiores ad decidendum reciperentur; revelavit enim ea nunc Dominus parvulis, quae sapientibus abscondit. En horum inferiorum zelum, constantiam, rectitudinem, magnanimitatem videtis. Ubi nunc Concilium, si soli Episcopi, solique Cardinales vocem habuissent? Ubi nunc Conciliorum auctoritas? Ubi fides catholica? ubi Decreta? ubi reformatio? Nempe omnia libidini Eugenii ac temeritati jam diu commissa fuissent; victorque nefandissimi propositi sui ille fuisset, nisi quos modo spernitis inferiores sibi restitissent. Hi sunt, qui privationem ab Eugenio factam contempserunt: hi sunt, qui minas, qui spolia, qui persecutiones ipsius flocci fecerunt etc. Später i. J. 1452 sagte der umgewandelte *Aeneas Sylvius* in s. *Oratio adv. Austria-*

schlüsse, welche von den beiden mächtigsten Reichen der Christenheit bereits angenommen worden waren, hätte bekämpfen wollen. Da dieselben unter dem höhern Clerus die entschiedensten Vertheidiger hatten, so ging die päpstliche Politik darauf aus, die weltlichen Fürsten für ihre Zwecke zu gewinnen. In Frankreich mußte Eugenius zufrieden seyn, daß Carl VII. ihm eben so treu blieb, als der pragmatischen Sanction xx):

les (in *Muratorii Anecdotis T. II. p.* 162) sogar: Inter Episcopos, caeterosque Patres conscriptos vidimus in Basilea coquos et stabularios orbis negotia judicantes. Quis horum dicta vel facta judicaverit legis habere vigorem? Diese Zusammensetzung des Concils ist immer ein Hauptgrund der Ultramontanen gegen die Gültigkeit desselben gewesen.

xx) Wie Eugenius über die pragmat. Sanction dachte, sprach er in einem Schreiben an den König aus, als in Angers nach den Vorschriften derselben ein Bischof gewählt worden war, während er nach bisheriger Art providiren wollte (*Raynald. ann.* 1439. *no.* 37.): Quod vero scribitur, ordinationes Bituris confectas (te) velle manutenere, a certo tenemus scriptum esse te inscio et invito. Nam cum pro tua sapientia dudum, cum illae ordinationes fierent, consuluisses viros nonnullos timentes Deum, et bonos viros ac doctos, quid de illis sentirent, atque ii tibi respondissent, eas esse contra Deum, contra aequitatem injustas, et contra salutem animae tuae; mirandum esset — te velle eas ordinationes servare, quae essent iniquae et in animae tuae praejudicium factae. Als zu einer neuen Synode in Bourges 1440 Gesandte Eugens und des Concils kamen, und die ersten die Aufhebung der pragm. Sanction verlangten; so erhielten sie von dem Könige, nachdem derselbe mit seinen Bischöfen u. andern Großen berathen hatte, folgende Antwort (*Preuves des libertez de l'église Gallicane. Chap.* 20. *no.* 23.), quod Rex tenuerat Concilium Basileense pro Concilio, ad ipsum Ambassiatores miserat; multa bona pro fide et moribus constituerat, quae Rex approbabat; nec unquam congregatum Ferrariense pro Concilio habuerat aut habebat. Quoad depositionem Eugenii, et electionem Felicis, numquam eas adprobaverat, aut appro-

in Deutschland durfte er bei der Schwäche des neuen Kaisers Friedrich III. (seit 1440), und der Getheiltheit des Landes besseren Erfolg hoffen: und wie viel er hier aufbot, um mächtige Fürsten zu gewinnen, beweisen die ungewöhnlichen Privilegien, welche er zum Nachtheile des Erzb. v. Cöln und des Bischofs von Münster, die ihm zuwider waren, dem Herzoge von Cleve ertheilte (1444) yy). Freilich hatte er noch

bat: immo tenuerat Dominum Eugenium pro Papa, et adhuc tenebat, et volebat, quod sibi in suo Regno obediretur, nisi aliud in Concilio generali, celebrando juxta annum in aliquo loco Galliarum, fuisset ordinatum, et quod requirebat Papam, quatenus illuc mitteret dictum Concilium, et convocaret, et celebrari procuraret, et quod in eo personaliter interesset. — Quoad Pragmaticam Sanctionem, eam inviolabiliter volebat observari et custodiri. Et si aliqua videntur nimis rigida, in illo generali Concilio Basileensi possent moderari.

yy) s. die merkw. Bulle an den Bisch. v. Utrecht *dd.* 17. *Kal. Febr.* 1444 in *Leibnitii Mantissa Codicis Juris Gentium diplomatici, P. II. p.* 168: Pastoralis officii desuper nobis divina providentia commissi debitum postulat et requirit, ut contra nostrorum et Romanae Ecclesiae rebellium temeritatem eorum, qui in nostra et sedis Apostolicae obedientiae devotione et fide firmi et immobiles permanserunt, statui et quieti animarumque saluti salubriter consulamus. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum, Adolphi Ducis Clyphensis, et Johannis ejus primogeniti, petitio continebat, quod cum tam saeculares quam ecclesiasticae personae, necnon collegia — et alia loca ecclesiastica in suis dominiis et terris in Coloniensi et Monasteriensi diocesi consistentia, pro eo quod Archiepiscopus Coloniensis nobis et Apostolicae sedi inobediens et rebellis existit, et iniquitatis filius Henricus, qui se gerit pro Episcopo Monasteriensi, damnationis filio Amedeo, olim Duci Sabaudiae, qui se Felicem V. ausu sacrilego nominare praesumit, — adhaerere praesumsit, plurima in spiritualibus et temporali-

seine Macht in Deutschland überschätzt, als er gegen die Erzbischöfe von Trier und Cöln, als entschiedene Anhänger des Baseler Concils, die Absetzung auszusprechen wagte (1445) zz):

bus detrimenta sustineant: — pro parte dictorum Ducis et primogeniti nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum subditorum suorum statui et saluti providere misericorditer dignaremur. Nos igitur — omnia et singula, personas, collegia, capitula, monasteria, Ecclesias et loca quaelibet ecclesiastica, dominia, terras et loca supradicta, donec aliud super hoc duxerimus disponendum, *ab omni jurisdictione, potestate, et superioritate spirituali Coloniensis Archiepiscopi et Episcopi Monasteriensis eximentes et liberantes*, *Fraternitati tuae unum Episcopum*, etiam titularem, — qui in dictis dominiis, — Clericos ordinare, — omnemque spiritualem jurisdictionem, quae Archiepiscopi Colonienses et Episcopi Monasterienses pro tempore inibi habere et exercere consueverunt, — exercere valeat, necnon contra omnes et singulas personas, — quae schismatis labe infecta essent, aut praefato Amedeo quomodolibet adhaererent seu faverent, — inquirere et procedere — possit, — *deputandi, et illum amovendi, aliumque sui loco ponendi, quotiens pro parte dictorum Ducis et primogeniti fueris requisitus*, auctoritate praefata, tenore praesentium, concedimus facultatem. Volentes similiter et tibi eisdem auctoritate et tenore concedentes, ut *omnia et singula* dignitates, personatus, — monasteria, — caeteraque *beneficia ecclesiastica* quaecunque in dictis dominiis — nunc vacantia et imposterum — vacatura, — quae in turno sive mense Ordinariorum vacare contigerit, dummodo non sint sedi Apostolicae reservata, *personis idoneis per ipsos Ducem et primogenitum tibi nominandis — conferre et de illis providere — libere et licite valeas.* Daher entstand das Sprichwort: Dux Cliviae est Papa in suis terris s. *Wern. Teschenmacheri annales Cliviae, Juliae, Montium et Marcae Westphalicae ed. J. Chr. Dithmar. Franc. et Lips.* 1729, *fol. p.* 294.

zz) s. das Breve an den Bisch. v. Utrecht dd. 9. Febr. 1446 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 1.): Nuper iniquitatis filios Theodori-

denn dieser Schritt veranlaßte die Churfürsten, sich in Frankfurt am Main (21. März 1446) zu entscheidenden Forderungen an den Papst aaa) zu vereinigen. Indeß der Kaiser, wel-

cum de Moersem, olim Coloniensem, et Jacobum Sirik, olim Treverensem, Archiepiscopos, tamquam haereticos et schismaticos, nostrosque et Romanae Ecclesiae rebelles ex justis et urgentibus causis omni dignitate archiepiscopali — privavimus, — ac privatos fore declaramus: et deinde ad provisionem earumdem Ecclesiarum — paternis et solicitis studiis intendentes, Coloniensi Ecclesiae de persona dilecti filii Adolphi Clivensis duximus providendum, ad Ecclesiam vero Treverensem ven. fratrem nostrum Joannem tunc Cameracensem Episcopum de fratrum consilio auctoritate Apostolica transtulimus.

r) Man lernt dieselbe besonders aus dem Schreiben des Mainzischen Canzlers Martin Meyer an seinen Freund Aeneas Sylvius dd. 31. Aug. 1457 kennen (vor *Aeneae Sylv. Germania*, auch außerdem oft gedruckt, z. B. in *Freheri Scriptt. Rer. Germ. ed. Struve. T. II. p.* 686. *Richerii hist. Conc. gener. lib. IV. P.* 1. *cap.* 1. *J. F. Georgii Nationis Germanicae gravamina adv. sedem Rom. p.* 244 *ss.*): Cognovi ex literis amicorum, Te Cardinalem esse creatum. Congratulor et Tibi, qui pro Tua virtute digna consecutus es praemia, et mihi, cujus amicus in ea dignitate constitutus est, in qua me meosque necessarios aliquando juvare poterit. Illud mihi molestum, quod in ea tempora incidisti, quae sedem Apostolicam afflictura videntur. Nam domino meo Archiepiscopo frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelae, qui neque Constantiensis neque Basileensis Concilii decreta custodit, neque se pactionibus antecessoris sui teneri arbitratur, nationemque nostram contemnere et prorsus exhaurire videtur. Constat enim, electiones Praelatorum passim rejici, beneficia dignitatesque cujusvis qualitatis et Cardinalibus et Protonotariis reservari. Et tu quidem ad tres Provincias Teutonici nominis sub ea formula reservationem impetrasti, quae hactenus insolita est et inaudita. Expectativae etiam gratiae sine numero conceduntur: Annatae sive medii fructus absque ulla dilatione temporis exiguntur, et plus etiam, quam debeatur, extorqueri palam est. Ecclesiarum regimina non magis merenti, sed plus offerenti committuntur: ad corradendas pecunias novae indulgentiae indies conceduntur. Decimarum exactiones inconsultis Praelatis nostris (gegen *Conc. Const. Sess. XLIII.* s. §. 131. *not. u. Decr.* 6.) Turcorum causa fieri jubentur. Causae, quae tractandae terminandaeque in partibus fuerant, ad Apostolicum tribunal indistincte trahuntur (gegen *Conc. Basil. Sess. XXXI.* s. §. 132. *not. kk*): excogitantur mille modi, quibus Romana sedes aurum ex nobis, tamquam ex barbaris, subtili extrahat ingenio: ob quas res natio nostra quondam inclyta, quae sua virtute suoque sanguine Romanum Impe-

nen s): sein Werk Descriptio de ritu, situ, moribus et

rium coëmit, fuitque mundi domina ac regina, ad inopiam nunc redacta, ancilla et tributaria facta est, et in squalore jacens, suam fortunam, suam pauperiem multos jam annos moeret. Nunc vero, quasi ex somno excitati optimates nostri, quibus remediis huic calamitati obviam pergant, cogitare coeperunt, jugumque prorsus excutere, et se in pristinam vindicare libertatem decreverunt. Erit haec non parva jactura Romanae Curiae, si quod cogitant Romani Principes effecerint. Quantum itaque de tua nova dignitate laetor, tantum commoveor et angor, tuo tempore hoc parari. Sed Dei fortassis alia est cogitatio, et illius profecto sententia obtinebit. Tu interim bonum habeto animum, et quibus repagulis fluminis impetus coërceri possit, pro tua sapientia cogitato, et vale optime. Die Unzufriedenheit mit Rom führte aber noch weiter, s. *Aeneae Sylvii Ep.* 301. *ad Martinum Mayer:* Sunt nonnulli nationis tuae homines, parum pensi habentes, quibus Romani Pontificis auctoritas neque necessaria esse videtur neque a Christo instituta. Der ganze Brief, der auch in *Aeneae Germania c.* 89 u. 90. aufgenommen ist, hat den Zweck, dieselben zu widerlegen.

s) *Aeneae Sylvii Ep.* 348. *ad Laurentium Rovarellam* (Legaten in Ungarn): er solle den deutschen Fürsten einschärfen, quod multo facilius filii Principum promovebuntur per sedem Apostolicam, quam per Capitula vel Ordinarios. Et hoc bene cura in auribus Principum conculcare, quia veritas est. *Ep.* 319. *ad Theodoricum Archiep. Colon. dd.* 2. *Dec.* 1457. Si Romanae sedis auctoritas deprimeretur, credito, quia nec tua nec aliorum Episcoporum salva manebit. Audito tamen, quae consulis, ut hic quoque ea reformentur, quae odium tuae nationis pariunt, et ego, si mea vox audietur, ad id operam dabo. Nam et hic aliqua committuntur, quae non laudo omnia. Verum illud salubre puto, ut super gravaminibus, quae vestri allegant, ad Romanum Pontificem recursus habeatur, qui non negabit assensum justa petentibus. *Ep.* 334. *ad Johannem de Lisura* (Mainzischen Rath s. §. 132. not. bbb): Per Wigandum Secretarium Moguntini misimus tibi Alphabetum, et nunc

conditione Germaniae war vorzugsweise der Widerlegung der

duplicamus, si forsitan illud non recepisti: poteris scribere mentis tuae conceptum, et consulere Ecclesiae necessitati. — Labore tuo nostroque quietem consecuta est Ecclesia nostris diebus apud Germanos. Faxit Deus, ne lacerari videamus quod aliquando resarcivimus. Multa rumor affert, et Germanos fieri Gallos imitatione contendit. Nobis illa via salubrior esse videtur, qua patres nostri ambulavere. — Nec facile sua in Dioecesi quisque Pontifex Papatum habebit: et sunt, qui quaerunt, et ejus rei causa nigrum in candida vertunt. *Ep.* 383. *ad Martinum Mayer*, Beantwortung des not. r mitgetheilten Schreibens. Er macht hier zuerst geltend, nec unquam regni coelestis introire januam potuisse, qui Romanorum Pontificum auctoritatem contumaciter contempsere, nec hodie illis gloriandum esse, qui auctoritate propria leges sibi constituunt, quibus pro suo libito Romanae sedis jussiones spernere possint. Hos enim catholica veritas, nisi resipuerint ante obitum, ignis aeterni mancipio sine intermissione deputat. Fatemur insuper aliquando in Romana Curia, quam regunt homines, aliqua fieri, quae digna essent emendatione, nec dubitamus ipsos Romanae urbis Praesules etiam, in quantum homines, falli, errare, labi ac decipi posse. Dann widerlegt er die Beschwerden, zuerst daß die Concordate nicht gehalten würden, dann daß das Wahlrecht nicht geachtet würde. Darauf schreibt derselbe *Aeneas Sylvius*, welcher *Ep.* 66. *ad Jo. Peregallum* erklärt hatte: Nihil est, quod absque argento Romana curia dedat. Nam ipsae manus impositiones et Spiritus Sancti dona venduntur, nec peccatorum venia nisi nummatis impenditur, folgendes: Quod deinde subjungis extorqueri multum auri ab his, qui dignitates vel alia beneficia assequuntur, non est cur de hac sede conqueramini, sed potius de cupiditate et ambitione vestrorum hominum, qui currentes pro Episcopatibus, invenientes competitores, his quibus palatium patet certatim pecunias offerunt. Illi vero, qui alloqui Pontificem possunt, non sunt omnes similes Angelis, sed quales in Alemania Galliaque multos reperias: recipiunt enim quod offertur, non extorquent. Romanus autem

Beschwerden der Deutschen gegen den päpstlichen Stuhl be-

Praesul solus in thalamo suo nunc hos nunc illos audit, et illos promovere solet, qui magis commendantur, nec scit, nec etiam arbitratur, pecuniae causa hos aut illos commendatione praeferri. Nec sibi plus auri datur, quam concordata permittant: nisi fortasse aliquando occasione expeditionis contra Turcos, aliquid super Annatas recepit (der Text nach *Germania c.* 25. berichtigt), quod sibi profecto non fuit in tanta necessitate negandum. Dann gegen die Klagen über Ablaßverkauf und Zehnten. Klagen über Geldentziehung seyen von jeher von dem Geize gegen Verschiedene erhoben. Deutschland sey nicht verarmt, sondern reicher als je. Sein Wohlstand sey aber eine Wohlthat des Christenthums, folglich ein Verdienst des römischen Stuhles, welcher es bekehrt habe. Dann vertheidigt er sich gegen den Vorwurf, insolitas reservationes zu haben. Die zu seinen Gunsten gemachten Reservationen seyen nicht concordatenwidrig. Sed arbitraris fortasse, beneficia quae in Germania sunt Germanis potius committi debere quam extraneis, nec nos aliter sentimus. Sed cum nos jam annis supra XXIV. Germaniam incoluerimus, non reputamus extraneos existimari debere: cumque Imperatori ipsique nationi longo tempore, summa fide, magnis laboribus servierimus, et nunc ad Cardinalatum recepti ea curemus, quae nationis ipsius honori atque utilitati conducant, et ita prorsus agamus, ut natione Germani potius quam Itali putemur; non judicavimus tribus illis provinciis Moguntinae, Coloniensi, Treverensi indignum videri, aut grave censeri, si annuo duo millia ducatorum in eis obtineremus ex illis beneficiis, quae sedes Apostolica conferre haberet. Putavissemus etiam majora in eadem natione, cui semper servivimus, sponte offerri: sed non sumus nos insatiabiles, contentamur eo, quod pro debiti status conservatione sufficiat, nec plura circa hoc. Quod autem operas tuas ad id offers, ut gratiae nostrae fructum consequamur, agimus tibi gratias, qui partes amici non negligis, idque rogamus, ut interveniente casu opportuno prorsus efficias. — Si qua Praepositura vacaverit, aut Ecclesia parochialis magni reditus, velis ita efficere, ut ad complementum gra-

stimmt t). Zugleich sprachen diese Schriften die Grundsätze des entschiedensten Papalsystems so unverhüllt aus, daß sich

tiae nostrae (der vom Papste bewilligten Reservation) pervenire possimus.

t) Ist einzeln mehreremal herausgegeben, z. B. *Argent.* 1515. kl. 4. *Romae* 1584 u. in *Aen. Sylv. Opp. Basil.* 1571. *fol. p.* 1034 *ss.* Es ist an den churmainz. Canzler Martin Mayer gerichtet, und enthält die Beantwortung der von demselben (not. r) mitgetheilten gravamina, welche schon *Ep.* 383. (not. s) giebt, weiter ausgeführt. Merkwürdig ist, was über die in Deutschland vorgeschlagene pragmatische Sanction (vergl. oben not. o) gesagt wird. *Cap.* 78: Pugna nobis cum paucis, qui cum sibi docti videantur, nec pro sua opinione dignis efferantur honoribus, miscere omnia divina et humana jura conantur, ut inter rerum mutationes cadentium assequi cathedras valeant etc. — Quid est quod pro libertate molientur, quid parant in Apostolicam sedem, quo sibi modo consulere satagunt? Non scribis tu hoc nobis: fortasse times deferri. Commendamus cautionem tuam: nam Cancellario nihil tam convenit quam pectus arcanorum tenax. Non tamen nos latet hoc: provisi sunt amici nostri, nullis obligati Principibus, quod nobis omnium, quae apud vos aguntur, notitiam fecere, missis exemplaribus ejus Pragmaticae, quae ab aliquibus excogitata, in publicum deferri debuit. *Cap.* 79: Cujus duae partes sunt. In prima referuntur omnia fere gravamina, quae superius enumeravimus. Quibus ut obvietur, ponitur modus, qui servandus sit in natione vestra circa Praelatorum electiones, beneficiorum collationes, causarum auditiones, indulgentiarum concessiones, decimarum exactiones, et caetera istiusmodi. In secunda ponuntur appellationes, ad quas recurrendum sit, si forte Pragmaticae sanctioni Summus Pontifex obviam ierit. Inseritur et poena, qua plectendi sint Germani non obedientes, et foedus Principum pro custodia sanctionis. Fama quoque ad nos delatum est, inter Pragmaticos sermonem habitum esse de mittendis huc oratoribus, qui ex Romano Pontifice sanctionis suae confirmationem expetant, quasi primam sedem eo modo honoraturi, quod, si optatum responsum ha-

schon aus ihnen ergab, was man von diesem ehemaligen An=

buerint, gratias agant, si minus, nihilominus natio Pragmaticae subjiciatur. Scimus nihil horum placere divo Imperatori, majorique parti Principum, — sed agimus, ut dictum est, cum seditiosis quibusdam et perditis hominibus etc. *Cap.* 80. De Pragmatica igitur inprimis dicamus. — Summam vim ejus respicimus, quae huc tendit, ne Germanica natio jussionibus Apostolicae sedis obedire cogatur, ne quid pecuniarum ad Romanam curiam deferatur. Nam hoc est, quod omnes sibi querelae volunt, hoc quaeritur, dum causae in partibus retinendae dicuntur, dum Praelatorum electiones ad Metropolitas referuntur, dum beneficiorum collationes Ordinariis reservantur, dum annatarum exactiones prohibentur. Die Würde und Macht des päpstl. Stuhls faßt Aeneas zwar ganz im ultramontanischen Sinne auf, aber er vertheidigt sie von einem politischen, auffallend materiellen Standpuncte aus. *Cap.* 87: Ecclesiarum ceterarum dignitates et cathedras, ut inquit Nicolaus, Papa Romanus instituit: Ecclesiam vero illam solus ipse Deus fundavit, et super petram fidei mox nascentis erexit. Qui b. Petro aeternae vitae clavigero terreni simul et caelestis Imperii jura commisit. *Cap.* 94: An pauperem tu Pontificem maximum esse volueris? — At nos Pontificem maximum, quamvis optimum, non putamus officio suo satisfacere posse, nisi facultatibus praeditus sit. — Convenit Romanum Pontificem, magnum sacerdotem, curare, ut evangelium Christi — omnibus sincere praedicetur, ut omnes errores, omnis blasphemia — eradicetur, ut pellantur a finibus Christianis impugnatores nostrae religionis, ut schismata removeantur, ut bella sopiantur, ut furta, rapinae — de medio tollantur. — Postremo debet Romana sedes, veluti patrocinium orbis terrae, tutusque portus afflictorum, — omnibus ad se currentibus non solum benignas aures adhibere, sed opem ultro afferre. — Et quis est, qui haec agere posse pauperem et inopem Papam affirmet? — Quomodo restituentur Episcopi exules, aut haeretici, vel schismatici corrigentur? — *Implorandum est brachium saeculare*, clamabis. At nos ex te quaerimus, an melius per se Romanus

hänger des Baseler Concils zu erwarten hatte, als er unter

Praesul haec agat viribus suis fretus, an per alium? — Quid vero, si Principes ipsi aberrent, et, ut saepe vidimus, haereticis succumbant erroribus, quid agemus? Quid si Rex coërcendus, si arguendus Imperator? Numquid et Regem Franciae inutilem depositum a Romano Praesule legimus? — Numquid Henrici Friderici que Caesares contra Ecclesiam debacchati sunt, et digni anathemate putati? Quid ergo an brachium contra se Imperator praebebit, aut pauper eum corripiet Romanus Praesul? — Nos tenemus, potentiam, opes, viresque multo melius in Apostolica sede quam in alio quovis saeculari throno existere. Nam sedes haec tutrix fidei est, quae nunquam erravit, aut erratura est, quia rogavit Dominus, ut non deficiat fides Petri. Imperatores vero, et Reges, et alios Episcopos saepe in haeresim lapsos fuisse legimus. *Cap.* 101: Caeterum neque illud, quod sequitur de appellationibus, piae aures ferre possunt. Nam si Princeps est Romanus Praesul, si Dominus, si Magister, quo pacto ab eo appellatur? — Nam si leges civiles neque a Senatu, neque a Principe saeculari appellationem admittunt, quanto minus ab ecclesiastico Principe erit? Nam si Papa simul et Imperator conferantur, quantum inter solem et lunam interest, tantum eos differre dicemus, et Papam soli, Imperatorem lunae assimulabimus. Praeterea cum appellatio ab inferiori ad superiorem deferatur, Papa vero prior sit et major omnibus, liquet ab eo non esse provocandum. Sed audio, quod tecum loqui potes: *non quispiam singularis homo appellabitur, sed Concilium, quod majus est et potentius Romano Praesule.* Nolumus hanc modo quaestionem ingredi, quae longiorem tractatum requirit, et aliud ingenium quam nostrum est. At idem Gelasius sacros canones ait sanxisse, ne unquam ab ea sede appellaretur, neque Concilium excepit, et amplius de Romana sede, quod illa etiam quos Synodus inique damnaverat absolvit. Quo dicto declarat a Synodo ad Papam appellatum fuisse, eoque modo majorem Synodo Papam extitisse. — Quocirca si quid est quod gravius ille agat, non est recalcitrandum, sed feren-

dem Namen Pius II. (1458) u) den päpstlichen Stuhl bestieg. Pius II. meinte durch Nachahmung der alten Päpste auch das Papstthum auf die alte Höhe zurückzuführen: aber so wie er selbst mehr nach politischer Berechnung, als aus Ueberzeugung und Begeisterung handelte; so zersplitterten auch seine Bemühungen an den mannichfaltigen politischen Verwickelungen jener Zeit v), ohne Begeisterung hervorzubringen. So

dum. Ridiculum profecto, nemo est tam parvae urbis dominus, qui a se appellari ferat, et nos Papam appellationi subjectum dicemus? — *At si me*, ais, *Pontifex indigne premit*, *quid agam?* Redi ad eum supplex, ora onus levet. *At si rogatus*, *interpellatus nolit subvenire misero*, *quid agam?* Quid ages, ubi tuus te Princeps saecularis urget? — *Feram*, dices, *nam aliud nullum est remedium*. Et hic ergo feras. — *Cap*. 102: Et majores igitur nostri, quamvis Romanum Pontificem aliquando posse injurium esse non dubitarent, non tamen appellandum ab eo sanxerunt. Nam injuriam ab illa sede rarissime venturam arbitrati sunt; privatos vero homines, si provocare possent, non dubitaverunt toties appellaturos, quotiens in eos sententia promulgaretur: quoniam sicut litigare homines injuste audent, ita et provocare audebunt, ac per eum modum nullus erit unquam finis litium.

u) Ueber ihn s. bes. *Gobellini commentarii* s. oben not. l. Eine Hauptquelle für seine Geschichte sind seine Epistolae, die, obgleich es mehr als 20 Ausgaben davon giebt, doch selten sind. Die hier benutzte Ausgabe ist die Norimb. 1496. 4. Ueber eine von dem Geheimenrath Zapf beabsichtigte neue Ausgabe s. Hormayr's Taschenbuch für die vaterländ. Gesch. Jahrg. 1830. S. 144 ff. — *H. Chr. C. E. Helwing de Pii II. Pont. Max. rebus gestis et moribus comm. Berol*. 1825. 4.

v) Pius II. belehnte Ferdinand mit Neapel (*Raynald*. 1458. *no*. 20 *ss*.); das Haus Anjou, von Frankreich unterstützt, machte aber fortwährend Ansprüche auf jenes Reich u. veranlaßte Kriege in Italien. — Kaiser Friedrich III. stritt mit König Matthias um Ungarn, gab aber schon 1459 nach. Dagegen standen sich in Deutschland selbst zwei

setzte er vergeblich diejenigen Mittel in Bewegung, durch welche die Päpste in den ersten Zeiten der Kreuzzüge so ungeheuere Erfolge bewirkt hatten. Er stiftete neue geistliche Ritterorden, sie nahmen aber bald wieder ein Ende w). Er berief eine allgemeine Versammlung der christl. Fürsten nach Mantua x), konnte sie aber nur mit Mühe und unvollständig (1459) zu Stande bringen y). Hier sollten sich die Völker zu einem Kreuzzuge vereinigen: dagegen trat hier nur die allgemeine Lauigkeit, und die Unmöglichkeit jeder gemeinsamen Unternehmung bei den mannichfachen Streitigkeiten, welche die Fürsten unter sich hatten, recht ins Licht z). Pius II. ver-

Partheien, die kaiserliche und die Pfalzbaierische, feindlich einander gegenüber.

w) Er stiftete den 18. Jan. 1459 den *Ordo hospitalis b. Mariae Bethlemitanae*, nach dem Muster der Johanniter, zur Vertheidigung von Lemnos (*Raynald. ad h. a. no.* 2.). Demselben Jahre gehört auch eine Societas sub vocabulo Jesu nuncupata ad Dei honorem et infidelium oppugnationem instituta an (s. *Pii II. Ep. ad Carolum R. Galliae* dd. 13. Oct. 1459 in *Leibnitii Cod. Juris Gentium P.* 1. *p.* 420), welcher der Papst viele Vorrechte ertheilte (*Raynald. l. c. no.* 83.).

x) *Gobellinus lib. II. p.* 34. Die Einladungsschreiben b. *Raynald.* 1458. *no.* 16 *ss.*).

y) Pius II. eröffnete die Versammlung den 1. Juni 1459 mit den Worten (*Gobellinus lib. III. p.* 60): Speravimus, fratres ac filii, hanc urbem adeuntes, frequentes, qui praecessissent Regum legatos invenire: pauci adeunt, ut vidimus, decepti sumus. Non est religionis cura apud Christianos, quantam credidimus etc.

z) Der Papst giebt in seiner Schlußrede im Januar 1460 die Resultate des Convents dahin an (*Gobellinus lib. III. p.* 92): Hungari si adjuventur, summo conatu et universis viribus suis Turcas invadent. Germani exercitum pollicentur duorum et quadraginta millium bellatorum; Burgundus sex millium; Itali, exceptis Venetis ac Genuensibus, Cleri decimas, populi tri-

dammte in Mantua auch die Appellationen von dem Papste an ein allgemeines Concilium [aa]), aber gerade von da an folg=

gesimas annuorum redituum, ac vigesimas Judaicae substantiae, ex quibus navales copiae sustentari queant. Idem facit Joannes Rex Aragonum. Ragusaei duas triremes offerunt, Rhodi quatuor. Haec tanquam certa solemni stipulatione per Principes ac Legatos promissa sunt. Veneti quamquam publice nihil promiserint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haudquaquam deerunt, neque patientur, ut suis majoribus deteriores videri possint. Idem de Francis, de Castellanis, de Portugallensibus dicimus. Anglia civilibus agitata motibus spem nullam pollicetur, neque Scotia in intimo abscondita Oceano. Dacia quoque, Suecia ac Norvegia remotiores provinciae sunt, quam milites possint mittere, nec solis contentae piscibus pecuniam ministrare possunt. Poloni Turcis per Muldaviam contermini suam causam deserere non audebunt. Bohemos mercede licebit conducere, suo aere extra regnum non militabunt. Sic res Christianae se habent. Classem pecunia Italica parabit, si non Venetiis, ac saltim Genuae, aut in Aragonia: nec minor erit, quam res ipsa deposcat. Hungari viginti millia equitum armabunt, peditum haud minorem numerum, qui Germanis juncti ac Burgundis duodenonaginta millia militum in castris habebunt. Et quis non his copiis superatum iri Turcas arbitretur? Hic accedet Georgius Scanderbechius, et Albanorum fortissima manus; et multi per Graeciam ab hoste deficient; et in Asia Charamannus et Armenorum populi Turcas a tergo ferient: non est cur desperemus, tantum Deus ipse coepta secundet!

aa) Bulle v. 23. Jan. 1460 b. *Gobellinus III. p.* 91 (das Datum ist nach *Raynald.* 1460 *no.* 10. X. Kal. Febr.): Execrabilis et pristinis temporibus inauditus tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice — nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate judicii, commissi evasione peccati ad futurum Concilium provocare praesumant: quod quantum sacris canonibus adversetur, quantumque reipublicae Christianae noxium sit, quisquis non ignarus jurium intelligere potest. Namque, ut alia praetereamus, quae huic

ten deren mehrere schnell auf einander. Der Cardinal Bessarion sollte als päpstlicher Legat einen Kreuzzug in Deutschland zu Stande bringen (1460) bb), bewirkte aber am Ende nur

corruptelae manifestissime refragantur, quis non illud ridiculum judicaverit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur quod futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, et omnis ecclesiastica disciplina, et hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesia procul pellere — hujusmodi provocationis introductiones damnamus, et tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus, cassantes, et penitus annullantes, si quae hactenus taliter interpositae reperiantur; — praecipientes deinceps, ut nemo audeat — ab ordinationibus, sententiis sive mandatis quibuscunque nostris ac successorum nostrorum talem appellationem interponere, aut interpositae per alium adhaerere, seu eis quomodolibet uti. Si quis autem contrafecerit a die publicationis praesentium in Cancellaria Apostolica post duos menses, cujuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, etiamsi imperiali, regali, vel pontificali praefulgeat dignitate; ipso facto sententiam execrationis incurrat, a qua nisi per Romanum Pontificem et in mortis articulo absolvi non possit. Universitas vero, sive collegium ecclesiastico subjaceat interdicto: et nihilominus tam collegia et universitates, quam praedictae — personae eas poenas ac censuras incurrant, quas rei majestatis, et haereticae pravitatis fautores incurrere dignoscuntur. Tabelliones insuper ac testes, qui hujusmodi actibus interfuerint, et generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint vel favorem talibus appellantibus, pari poena plectantur.

bb) Ueber die vergeblichen Verhandlungen Bessarions auf den Tagen in Nürnberg, Worms und Wien, um Frieden zwischen den deutschen Fürsten zu stiften, und den Zug gegen die Türken ins Werk zu setzen, s. *Platinae Panegyricus in Bessarionem Card.* hinter dessen *Vitae Pontiff. Rom. Lovan.* 1572. *fol. p.* 71 *ss.* Aktenstücke darüber in *H. Chr. Senckenberg Selecta juris et historia-*

eine neue Beschwerdeschrift der Churfürsten und eine Appellation derselben cc). Siegmund, Erzherzog v. Oesterreich, wurde

rum. T. IV. (*Francof. ad M.* 1738. 8.) *p.* 334 *ss.* u. in Chr. J. Kremer's Gesch. des Kurf. Friedrichs I. v. d. Pfalz (Manheim 1766. 4.) Urkunden S. 179 f. Seine Bemühungen bei den Bischöfen wegen des Zehntens waren nicht glücklicher, s. *Excerpta e Cod. Ms. Acta Imp. publica continente* b. *Senckenberg l. c. p.* 315: 1460. Convocatio Electorum Imperii et Episcoporum per Card. Graecum — in Nordlinga in Franconia, postulando decimam generalem a Clero, et ibidem recepto responso dilatando, dedit in sua ira oratoribus benedictionem cum sinistra manu.

cc) Das finale responsum Legati auf dem Tage in Wien (b. *Senckenberg l. c. p.* 357 *ss.*) hatte die Churfürsten verletzt, und sie faßten daher gleich darauf in Nürnberg eine Appellation ab (*l. c. p.* 369 *ss.*). Zuerst eine Beschwerde darüber, daß, obgleich sie sich ernstlich zum Kriege gegen die Türken willfährig gezeigt, und zuvor von dem Kaiser nur verlangt hätten, quatenus — ad superiores partes Imperii sui in locum competentem se conferre dignaretur ad tollendum et amputandum schismata, divisiones, guerras, — quae proh dolor Rom. Imp. et nationi nostrae increverunt, welchem Verlangen aber von dem Kaiser nicht entsprochen sey: verumtamen idem Apostolicae sedis Legatus — cerimonia quadam contra dictos oratores nostros fretus est, nos parvifaciendo, et nostras oblationes sinceras et devotas rejiciendo, increpando et judicando, — nostras oblationes esse hominum renitentium et tergiversantium. — Sugillabantur (Principes Germaniae) tanquam ludentes cum fide. — Succensebatur in illos, quasi promissa violantes et sua irrita facientes. — Quae si veritati subnixa forent, sicuti non vera sunt, essemus de sorte gentium incredulorum. Sie wiederholen dagegen ihre Versprechungen. Porro cum in Concilio Constantiensi inter alia ordinatum fore dinoscitur, ne Summus Pontifex decimam imponat, nisi hoc faciat cum consilio et consensu Praelatorum, et majoris partis in regnis vel provinciis, ubi decima venit imponenda; pronunciavitque saepenumero Apostolicus Legatus praefatus, se plena a Sanctissimo

wegen seiner Gewaltthätigkeit gegen den Cardinal Nicolaus v. Cusa, Bisch. v. Brixen, mit Bann und Interdict belegt

Domino nostro fulcitum auctoritate et facultate decimam, vicesimam, atque tricesimam per plures annos in natione nostra imponendi, sicque praesumendi et formidandi, quod — idem Apostolicus Legatus aut Sanctissimus Dominus noster — irrequisito consilio et consensu tam nostrorum quam aliorum, quorum interest — ad hujusmodi impositionem processerint aut procedant: hinc est, si et in quantum — contra ordinationem Ecclesiae sanctae Dei in praefato Concilio Constantiensi — attemptatum foret attempteturve, — hoc esse gravamen edicere gravamur, cui nec nos, nec nostri utriusque status homines minime parere aut satisfacere possemus. Attento potissimum, quod, cum per amplissimas et repetitas et variis respectibus concessas indulgentias, quibus piarum mentium aeraria evacuata sunt, tum per excessivam solutionem annatarum, quarum gratia Ecclesiae vel feneratoribus dispensiose deditae, aut ferme funditus confectae jacent, tum variis aliis gravaminibus — adeo gravatus, adeo exhaustus et exinanitus est uterque status, ut illi omnia ea gravamina et sarcinam hujusmodi acceptandi et ferendi omnino deest facultas atque potestas. Hac occasione ab his impositionibus et gravaminibus — provocamus et appellamus ad S. D. N. Papam Pium, ad sanctam sedem Apostolicam, aut ad illum vel ad illos, ad quem vel ad quos de jure fuerit appellandum, vel ad Romanum Pontificem, qui in Concilio generali seu ycumenico vel jam instituto vel instituendo in proximo praesidentiam habeat vel habiturus est, praesertim ad instituendum eundem Rom. Pontificem de pia nostra intentione, supplici oblatione — plenius, atque forsan hactenus instructus sit etc. Der Papst erklärte es darauf durch eine Bulle vom 4. Sept. 1461 (in Müller's Reichstagstheatrum Th. 2. S. 29) für eine Unwahrheit, daß Bessarion, den er nach Deutschland geschickt habe ad praesidendum in dietis tam apud Norimbergam, quam apud curiam imperialem tunc tenendis, die Absicht gehabt habe, eos ad ipsius decimae solutionem compellere, und versichert, nostrae intentionis semper fuisse et adhuc esse, quod prae-

(1460): die Folge war aber ebenfalls nur eine solche unangenehme Appellation, und eben so unangenehme Erörterungen des erzherzoglichen Rathes Gregorius von Heimburg [dd]).

dicta decima in eadem natione non exigeretur, nec exigatur, nisi de vestro aliorumque Praelatorum et Principum consensu.

dd) vergl. *Gerardi de Roo* (um 1519) *Annales Austriaci lib. VII. p.* 222. 261. Jo. Jac. Fugger's (um 1555) Spiegel der Ehren des Erzhauses Oesterreich. S. 663 ff. 739. Der Bischof war, weil gegen Sigismunds Willen vom Papste ernannt, immer mit demselben gespannt, und wurde, weil er auf einige Flecken, Zölle u. Salzwerke Anspruch machte, von demselben gefangen genommen. Dafür erklärte der Papst dd. 1. Jun. 1460 (*Raynald.* 1460. *no.* 33.): der Erzherzog sey sicut reus criminis laesae majestatis perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, intestabilis, omnique privilegio, honore, et dignitate exutus, privatus, ac etiam majoris excommunicationis sententia innodatus, bedeutete den Schweizern, ne ad observandum pacis et concordiae foedera se adstrictos arbitrentur, und trug einigen Prälaten auf, ut Helvetios ad foedus armorum pro coërcendo Sigismundo concitent. Dagegen appellirte Sigismund durch Gregorius v. Heimburg an ein allgemeines Concilium dd. 13. Aug. 1460 (die Urkunde in *Goldasti Monarchia T. II. p.* 1576 u. in *Brown Appendix ad fascicul. rerum expetendarum et fugiendarum p.* 114) et appellationes multarum civitatum Italiae et Alamaniae Ecclesiarum valvis — affigi fecit (*Raynald.* 1460. *no.* 35.). Jetzt fiel des Papstes Bann auch auf diesen Letztern (*Raynald. l. c.*), welcher 1446 sein Mitgesandter in Rom gewesen war (s. §. 132. not. aaa); Pius II. schrieb an den Magistrat in Nürnberg dd. 18. Oct. 1460 (b. *Brown p.* 125): Quidam ex patre Diabolo mendaciorum artifice natus, Gregorius de Heymburg nomine, — a nostra solemni declaratoria sententia, qua — impium Sigismundum — juris scripti poenas declaravimus incurrisse, a nobis ad futurum Concilium improbam, nefariam, temerariam, seditiosam denique appellationem dictavit. Et illius interpositionis per dictum Sigismundum factae ipse dictator in originali instrumento Florentiae ad valvas Ecclesiae affixo testis inscribi-

Pius II. setzte im Aug. 1461 den Erzbischof Diether von Mainz

tur. Quod quia loquax ille, praesumptuosus et praeceps, mendax atque turbulentus, temerarius ob istud facinus excommunicatus existit, criminaque et poenas incidit laesae majestatis atque haeresis, adeo ut ultra execrationem honore omni et bonis jure sit privatus; Devotiones vestras in Domino requirentes admonemus, hujusmodi pestiferum hominem pro tali excommunicato habeatis; — ipsumque non solum vitetis, sed procul ejiciatis ab oppido et dominio vestro; et bona, quaecunque habet apud vos, tam mobilia quam immobilia, fisco vestro applicetis; et alia omnia faciatis, quae contra haereticos de jure canonico fieri mandantur. Diese Bulle beantwortete Gregorius durch eine *Appellatio ad Concilium futurum* (b. *Goldast. p.* 1592. *Brown p.* 126), in welcher er sehr verächtlich vom Papste spricht: z. B. voluit Papa ipse abuti potestate sua, — et sub velamento militaris expeditionis in Turcam instaurandae facultates Germaniae — medullitus exhaurire. — Ipse aliquando audiet, quid gesserit, qualem vitam egerit, et quid apud Comas: sed reprimo me etc. — Mihi satis est didicisse civiles sententias etc. — ipse in numero sit illorum, qui putant haec omnia vi et artificio rhetorum contineri. Ergo si Papa ob id facinus me excommunicatum dicit, quis erit ejectior ipso, qui praeter verbositatem nihil habet in se virtutis? Besonders widerlegt er hier die päpstliche Behauptung, Concilium supra Papam non esse, und vertheidigt die Appellationen an allgemeine Concilien. Dieser Appellation setzte *Theodorus Laelius Episc. Feltrensis, Referendarius Apostolicus* eine *Confutatio* entgegen (b. *Goldast. p.* 1595), welche aber Gregorius durch eine *Apologia contra detrectationes et blasphemias Theod. Laelii* (b. *Goldast. p.* 1604) zurückwies. Pius II. forderte darauf dd. 22. Jan. 1462 (*Raynald.* 1461. *no.* 11.) den Erzherzog vor seinen Richterstuhl, als de damnatissima haeresi, quae est omnium haeresum haeresis, non solum suspectum notorie, sed sensibiliter maculatum, tanquam sacrae fidei non recipientem articulum: — *Credo in unam Sanctam et Apostolicam Ecclesiam.* Nam cum ipsius Ecclesiae Romanus Pontifex caput sit, canonesque et censurae sic sint Ecclesiae,

auf eine willkührliche Weise ab ee): aber das päpstliche Macht-

quod quisque in Ecclesia positus et credens capiti, canonibus et ejus censuris teneatur obedire; dictus quidem Sigismundus non solum illis non obedit, sed praedicat insuper, quod minime obedire teneatur. Als Sigismund nicht erschien, wurde *die coenae Domini* wiederholt der Bann über ihn u. Gregorius ausgesprochen (*Gobellinus lib. VIII. p.* 203). Sigismund erhielt 1464 die päpstl. Absolution, vergl. *Jacobi Picolominei Card. Papiensis Epist.* 282. (hinter *Gobellinus p.* 668): Sigismundus — divino tandem est humiliatus miraculo, atque eo quidem usque humiliatus, ut Romanorum Imperator, — consanguinitate illum attingens, cum summa Sedis gloria ante genua Legati apostolici procidens non ante surgendum putaverit, — quam poenitenti et satis pro injuriis facienti poenarum abolitionem, restitutionemque est consecutus. Gregorius v. Heimburg verharrte dagegen, stritt noch lange zuerst auf Seiten des Erzb. Diether v. Mainz, dann auf Seiten des Königs Georg Podiebrad v. Böhmen gegen die Päpste, bis er endlich kurz vor s. Tode 1472 in Dresden die Absolution nachsuchte und erhielt. Eine urkundliche Erzählung dieser letztern von J. G. Horn s. in d. Nützl. Sammlungen zu einer histor. Handbibliothek von Sachsen. Th. 4. (Leipzig 1728. 4.) S. 382 ff.

ee) Diether war im Jun. 1459 gewählt, und nach manchen Verhandlungen von Pius II. in Mantua 1460 bestätigt worden. Die Absetzungsbulle vom 21. Aug. 1461 (b. *Raynald.* 1461. *no.* 21., vollständiger in Müller's Reichstagstheatrum. Th. 2. S. 31) giebt als Grund dieses Urtheils zuerst an, daß Diether durch Bestechung bei der Wahl die Majorität gewonnen habe. Der Papst, dem dies unbekannt gewesen, habe, als seine Bestätigung nachgesucht sey, beachtend, quam conventui Mantuanensi — sua praesentia admodum utilis esset, verlangt, daß sich Diether sicut jura volunt, pro confirmatione persönlich einfände: indeß dieser modo corporis infirmitatem, modo pauperiem praetendens, habe dieß abgelehnt, und so habe der Papst endlich doch seinen Procuratoren die Bestätigung ertheilt: procuratores Dietheri ejus nomine et in animam ejus ea nobis juraverunt, quae caeteri Episcopi Romanis Pontificibus jurare consueverant, et ultra hoc venturum ipsum

wort wirkte trotz des Beistandes des Kaisers nicht entscheidend,

personaliter infra annum ad praesentiam nostram. Indeß habe er alle auf ihn gesetzte Hoffnungen getäuscht: cum — expectaremus, hunc hominem — ea curare, quae pro tutela Christianae religionis in Mantuensi conventu concluseramus, invitare homines suae nationis ad expeditionem contra Turcos obeundam, ad obediendum in ea re carissimo filio nostro, Friderico Romanorum Imperatori Augusto, ad quem idcirco legatum de latere miseramus ad parandos exercitus, ad solvendas decimas, ac vigesimas et trigesimas contribuendas, et alia praesidia praestanda; homo in reprobum sensum datus — mox cornua erexit in Apostolicam sedem, — Legatum nostrum calumniatus est, qui decimas conaretur exigere, quibus copiae contra Turcos armari possent, palamque dicere non est veritus, nos argentum nationis, non fidei defensionem quaerere (dieß bezieht sich auf die Verhandlungen in Wien und die Appellation der Churfürsten not. cc). — Inter haec accidit, ut ad instantiam mercatorum, qui pecunias Apostolicae sedi debitas sibi mutuo concesserunt, cum jam satisfactionis tempus praeteriisset, Dietherus ipse excommunicaretur absque nostra conscientia: nam id per judices inferiores in forma Camerae fieri solet. Quod ubi ad ejus notitiam pervenit, — non recurrit ad nos, — sed — Apostolicam sedem blasphemans conficto quodam infamatorio libello ad futurum Concilium contra Mantuanam bullam appellavit, excommunicationem ipso facto, a qua nisi a nobis absolvi non potest, et alias poenas contra reos majestatis et haereticae pravitatis fautores a jure fulminatas incurrens. Nec animo irreverenti et infrunito satis fuit, primam sedem his modis contempsisse, nisi et divina quoque contemneret, illis se publice immiscens palam et notorie excommunicatus, et in irregularitatem incidens. Dann wird ihm vorgeworfen, daß er gegen seinen Eid nicht in Jahresfrist vor dem Papste erschienen sey, und daß er gegen den Willen des Kaisers einen Fürstenconvent nach Frankfurt ausgeschrieben habe. Der Papst habe dann Legaten an ihn gesandt, qui male vadentem retraherent et in viam reducerent: diese seyen zu dem von Diether nach Mainz verlegten Fürstenconvente eingetroffen, zu

sondern Streit erregend, und das Ende des Kampfs war nicht

welchem derselbe trotz ihrer Warnung auch den excommunicirten Gregorius v. Heimburg als Gesandten Sigismunds zugelassen habe. Da seine Anschläge gegen den Papst indeß keinen Eingang gefunden hätten, so habe er gegen die Legaten insgeheim auf die Appellation verzichtet, sey aber gleich darauf wieder auf die alte Bahn zurückgekehrt. Daher wird die Absetzung über ihn ausgesprochen. Eine andere Bulle von demselben Tage (b. Müller S. 35) ernennt Adolph Grafen v. Nassau zum Erzbischofe v. Mainz. Schon aus der päpstl. Absetzungsbulle leuchtet der wahre Zusammenhang hervor: noch deutlicher freilich aus Diethers Gegenschriften, nämlich aus der in jener Bulle erwähnten *Appellatio* (in *Senckenberg Selecta juris et histor. T. IV. p.* 393), aus der jener Bulle entgegengesetzten Defensionsschrift v. Donnerstage nach Michaelis 1461 (b. Müller S. 38) u. aus einer zweiten vom ersten Drucker zu Mainz gedruckten Schrift v. Dienstage nach dem Sonntag Laetare 1462 (in Lehmann's Speyerscher Chronik Buch VII. Cap. 105. S. 859). Den ersten Vorwurf der Simonie widerlegt er in der Defensionsschrift (Müller S. 39) durch die Erzählung der Wahlhandlung, wonach er einhellig gewählt war. In Mantua verlangte der Papst von den churfürstlichen Gesandten (s. *Appellatio* b. *Senckenberg IV. p.* 393), **quatenus se nomine nostro obligarent, ne futuro Concilio daremus operam, neve Principes Germanicae nationis convocaremus.** (Schrift b. Lehmann: Dann wolten wir — in die Uffsatzung und Schatzung des zehenden, zwantzigsten und dreyssigsten Pfennings, von seiner Heiligkeit uff Teutschland geschlagen, verwilligt und uns verbunden haben, unser Mit-Churfürsten bey Zeit unsers Lebens ohne S. Heiligk. Wissen und Gefallen nit zu versamlen, unser Bischoff und Suffraganien und Pfaffheit unter uns seyn, nicht zu beruffen, und kein gemein Concilium fürzunehmen gestatten, als dz an unser Bottschaft, wir zu S. Heiligk. gesandt hatten, zu mehrmalen gesonnen ist, zweiffelt uns nicht, wir wären solcher unbillicher Beschwerung vertragen). Weil die Gesandten dieß nicht gewollt, so seyen sie unverrichteter Sache entlassen: nach einigen Monaten sey aber eine zweite Gesandtschaft an den Papst geschickt, um die Bestätigung ohne jene Bedingungen auszuwirken. **Cum autem Oratores nostri, antequam ad Cameram Apostolicam pervenissent, lit-**

die vollkommene Besiegung Diethers, sondern eine Abfindung

teras nostras atque efficacem obligationem facere cogebantur pro Annata ipsi Camerae persolvenda, qua praestita et recepta ilico eis nuncupata est quaedam pecuniarum summa gravissima, scilicet XXM. VC. et I. floren. Rhenensium: obstupuerunt Oratores nostri, nec tamen aliter literas extrahere potuerunt, nisi in illa obligatione persisterent. Cumque de gravi taxa conquererentur, nihil aliud supererat, quam Camerae ipsi Apostolicae de taxa expressata [satisfacere], subordinatis etiam numulariis, campsoribus vel mercatoribus appellatis, qui obligationem respectu Camerae Apostolicae in se receperunt, et a nostris Oratoribus, nedum nostro verum etiam ipsorum propriis nominibus, obligationem seu cautionem acceperunt. Et ita Oratores nostri una cum litteris confirmationis et caeteris, quae ad consecrationem obtinendam requiruntur, a Romana Curia dimissi sunt. Nos vero admirati, cur tanta summa a nobis exigeretur, cum tamen a praedecessoribus nostris longe minor fuerit persoluta, sciscitati sumus, quaenam vera taxa esset ab Ecclesia Magunt. Camerae Apostolicae debita. Cum vero in hujusmodi investigatione fluctuaremus ambigue nonnihil, certe summam pecuniarum persolvimus, ut jam putaremus illi summae satis appropinquasse, quae a praedecessore nostro tempore suae confirmationis fuit persoluta. Obtulimus ergo et nunc offerimus talem summam, qualem praedecessor noster exposuit, seu quae de jure vel antiqua consuetudine ipsi Camerae Apostolicae ab Ecclesia nostra debita esset. Papa vero, his non contentus, processus poenales contra nos et Oratores nostros supradictos dicitur instituisse, aut comminatur instituere velle. Nobis vero allegantibus, quod ad solutionem promissio a nobis et a nostris extorta est, et error factus, qui nos merito excusat: — responsum est nobis, jam non agere contra nos Romanum Pont. et Collegium Cardinalium, sed mercatores illos, qui se debitores pro nobis constituerunt, quibus et nos de sua cavimus indemnitate; ideo, si Camera nos gravasset, nihilominus mercatoribus illis indemnitatem promissam exsequi teneamur. Quod et nos profecto

desselben (Oct. 1463) ff). In Deutschland, wo man den freisinnigen Aeneas Sylvius noch nicht vergessen hatte, mußte die

justum censeremus, nisi collusio expressa sufficienter mercatoribus ipsis obstaret, qui agentibus Camerae subordinati et submissi machinationis hujusmodi non erant inscii. Quod etiam ex hoc fonte clarius deprehenditur, quod, cum mercatores ipsi pecuniam constitutam Dominis Cardinalibus exsolverunt, ipsi sibi caverunt, quod si pecunia illa ipsis mercatoribus per nos soluta non fuerit, mercatoribus ipsis a Dominis Cardinalibus persolveretur, prout ipsorum Card. litteris ad nos missis clare edocti sumus. Der päpstl. Legat auf dem Tage in Mainz, Rudolph, Domdechant von Worms, widerspricht jener Angabe über die Annaten (b. *Gobellinus lib. VI. p.* 144): mentiti omnes sunt, qui vel nummum unum abs te flagitatum asserunt ultra summam in Camera praetaxatam: decem millia auri nummum principalis taxatio requirit, minutaque quae vocant servitia et litterarum expeditio, et oratorum sumptus circiter quatuor millia deposcunt. — Ecclesia Treverensis, quae multo minor est, sub Calisto tertio triginta millia dedit. Daraus würde aber nur folgen, daß der mit der Curie einverstandene Wechsler einen Wucher von 6000 Fl. ansprach. Nach dem Aschaffenburger Concordate, welches darin ganz mit dem Costnitzer (§. 131. not. t) übereinstimmte, sollte eine Hälfte der Annaten im ersten, die andere im zweiten Jahre bezahlt werden.

ff) Den Krieg zwischen Diethern und seinem Gegner Adolph v. Nassau, welcher durch den Beistand des Churf. Friedrich I. v. d. Pfalz für den Ersten glücklich geführt wurde, beendigte der Vergleich von Zeilsheim den 12. Oct. 1463 (s. *Serrarii Rer. Mogunt. ad Johannis T. II. p.* 192 *ss.*), welcher in Frankfurt den 26. Oct. bestätigt und auch von dem päpstl. Legaten genehmigt wurde. Nach demselben verzichtete Diether auf die erzbischöfl. Würde, erhielt aber auf Lebenszeit mehrere Mainzische Städte, Aemter und Zölle, und wurde von der erzbischöfl. Jurisdiction eximirt (*Gudenus Codex diplom. T. IV. p.* 368). Und zu stunt alz daz geschach (so erzählt ein gleichzeitiger Speyerer Chronist in Kremers Gesch. des Kurf. Friedrichs I. S. 359), so hat der Legat, der by dem von Nassau waz, daz Cruz gemacht über den von Ysenburg vnd uber sine Diner, vnd hat auch

entgegengesetzte Handlungsweise Pius II. theils Zweifel, theils Unwillen erregen: der Papst sahe sich dadurch zu einer bulla retractationum an die Univ. Cöln (26. Apr. 1463) veranlaßt, durch welche aber jener Widerspruch mehr ins Licht gesetzt, als gerechtfertigt wurde gg). Nicht viel besseren Erfolg

den Monchen von Franckfurt iren segen geben vnd absolvirt, wan sie sangent wider des Babstes Gebott vnd hielten es mit den von Ysenburg. Die Kosten der Absolution mußte aber der neue Churfürst Adolph bezahlen, und darüber dem päpstl. Legaten einen Schuldschein auf 500 Fl. ausstellen (*Gudenus IV. p.* 372). Wie froh indeß der Papst war, die Sache noch so geendigt zu sehen, erhellet aus seinem Schreiben an Diether (b. *Gudenus IV. p.* 371), in welchem er ihn als dilectum filium wegen seiner Cession mit Lobeserhebungen und Versprechungen überhäuft. Eine ausführliche Erzählung dieser Händel, aber in päpstlichem Interesse s. b. *Gobellinus lib. III. p.* 64. *lib. VI. p.* 143 *ss. lib. IX. p.* 220. *lib. XII. p.* 345. Vergl. bes. Kremer's Gesch. des Kurf. Friedrichs I. v. d. Pfalz. Frankf. u. Leipz. 1765. 4. S. 210 ff. 244 ff. 353 ff. Diether von Ysenburg, Erzb. u. Kurf. v. Mainz. Erster Theil (geht bis 1462) Mainz 1789. 8.

gg) Diese Bulle mit Abkürzungen b. *Raynald.* 1463. *no.* 114 *ss.* vollständig in *Harduini Concill. IX. Hartzheim Conc. Germ. V. p.* 945: In minoribus agentes, nondum sacris Ordinibus initiati, cum Basileae inter eos versaremur, qui se generale Concilium facere, et universalem Ecclesiam repraesentare ajebant, dialogorum quendam libellum (es ist s. *Pentalogus de rebus Ecclesiae et Imperii* in *Pezii thes. anecdotorum novissimo T. IV. P. III. p.* 639) ad vos scripsimus, in quo de auctoritate Concilii generalis, ac de gestis Basileensium, et Eugenii Papae contradictione ea probavimus vel damnavimus, quae probanda vel damnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus aut oppugnavimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus. Existimavimus bene agere et recta incedere via, nec mentis nostrae aliud erat objectum, quam publica utilitas et amor veri. Sed quis non errat mortalis? — Declinavimus et nos ab utero

als in Deutschland hatte Pius II. in Frankreich. Als er in

matris, erravimus in invio et non in via, ambulavimus in tenebris, et procul a vera luce recessimus: nec nobis tantum erravimus, alios quoque in praecipitium traximus, et caecis ducatum praebentes caeci cum illis in foveam recidimus. Forsitan et aliquos ex vobis scripta nostra decepere, et in devia deduxerunt, quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus, nisi nos ut homines peccavisse, qui arbitrantes rectum iter ostendere obliquum monstravimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est. — Utinam latuissent quae sunt edita! nam si futuro in saeculo manserint; aut in malignas mentes inciderint, aut incautis fortasse scandalum parient: *qui haec scripsit*, inquient, *in beati tandem Petri cathedra sedit*, *et Christi salvatoris vicariatum gessit: ita scripsit Aeneas*, *qui postea summum Pontificatum adeptus Pius II. appellatus est*, *nec invenitur mutasse propositum: qui eum elegerunt et in summo Apostolatus vertice collocarunt*, *ab iis scripta ejus approbata videntur.* Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus objiciantur, et quae fuerunt Aeneae dicantur Pii, atque ab ea sede auctoritatem vendicent, adversus quam ignoranter latraverunt. Cogimur igitur, dilecti filii, b. Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit. — Idem et nos faciemus: confitebimur ingenue ignorantias nostras, ne per ea, quae scripsimus juvenes, error irrepat, qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare: nam si quem decuit umquam Romani primique throni eminentiam et gloriam defendere ac extollere, nos illi sumus, quos sine ullis meritis pius et misericors Deus sola dispensatione sua ad b. Petri solium, et dilectissimi filii sui, domini nostri Jesu Christi, vicariatum evocavit. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, et in Domino commonemus, ne prioribus illis scriptis inhaereatis, aut fidem ullam praestetis, quae supremam Apostolicae sedis auctoritatem quovis pacto elidunt, aut aliquid adstruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia: suadete omnibus ut id solum prae cae-

Mantua gegen die pragmatische Sanction eiferte hh), so ließ

k) *M. Antonius Sabellicus* (Lehrer der alten Literatur in Venedig † 1506) *hist. rerum Venetiarum Decadis IV. lib. II.* (in den *Istorici delle cose Veneziane, i quali hanni scritto per publico Decreto. in Venezia* 1718. 4. *T.* 1. *p.* 842): Percusso cum hostibus foedere, tentavit Pontifex per literas Venetos ab armis revocare, atque eo suadendo hortandoque perducere, ut Ferrariensi bello omnino abstinerent, restituerentque Herculi Aestensi, quaecunque ad eam diem armis illi ademissent. (Dieses Schreiben *dd.* 11. *Dec.* 1482 bei *Raynald. ad h. a. no.* 19.). Patres ea denunciatione moti, etsi certi erant, semipartam victoriam nolle abjicere, censuerunt tamen, Pontifici respondendum, ac per literas non illi magis, quam toti Italiae, imo Europeis omnibus demonstrandum: — *Venetos ne injuria quidem lacessitos arma prius induere voluisse, quam belli, quod postea Herculi illatum esset, Pontificem non solum auctorem, sed impulsorem etiam habuissent: nec tum quidem eos a pace multum abhorrere, quin veteri civitatis instituto libenter eam complexuros fuisse, nisi alieno tempore proponeretur, tunc sane, quum jam prope debellatum esset, ac tam indignis conditionibus, ut nil aliud esset illam recipere, quam Venetum nomen omnibus gentibus irridendum exhibere.* — *Quod ad se attineret, statutum esse, bellum, quod semel summo Pontifice auctore suscepissent, bona ipsius venia ad exitum perducere: quem tam felicem sperarent, quam justa visa esset causa, propter quam illud suscipere debuissent.* Haec et

ihre Gegner ohne Rücksicht auf die Excommunication Friede machen mußten (7. Aug. 1484). Der Aerger darüber beschleunigte den Tod des eben so gehaßten als verachteten Papstes (12. Aug. 1484) 1). An seine Stelle trat **Innocentius**

alia in hanc sententiam Venetus. Pontifex autem, pristini foederis oblitus, ubi Venetum in sententia perstare vidit, interdicti spiculum in eum detorsit. Die Bulle *dd.* 23. *Maj.* 1483 b. *Raynald. ad h. a. no.* 8 *ss.* Indeß das Interdict durfte in Venedig nicht beobachtet werden, die Franciscaner, die es versuchten, wurden exilirt, s. *Marinus Sanutus* († um 1535) in s. Lebensbeschreibungen der Dogen in *Muratori Scriptt. rer. Ital. XXII. p.* 1228. Die Venetianer gingen noch weiter, s. *Sixti bulla dd.* 15. *Jul.* 1483 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 19.): accersitis in eorum ducali Palatio nonnullis Praelatis ecclesiasticis tunc Venetiis commorantibus, coram eis, ut honestis personis, a monitionibus et mandatis hujusmodi nostris ad tribunal omnipotentis Dei, et ad id, quod de proximo celebrari debere temere affirmare non erubuerunt, futurum generale Concilium appellare, et ut appellatio ipsa per eosdem Praelatos reciperetur, laudaretur et admitteretur, ac tandem ad nostram deduceretur notitiam procurare, et Christifidelibus, Clero et populo — locorum eorum ditioni obtemperantium, quod praetextu appellationis hujusmodi — mandatis nostris obtemperare non tenerentur, — persuadere — non formidarunt. Zugleich (*Sabellicus l. c. p.* 858) ad omnes Germaniae et Galliae Reges oratores miserant, qui illos ad publicum conventum ipsi Pontifici ac Christiano nomini indicendum impellerent, ubi fas esset de Pontificis injuria queri, fidemque Christianorum omnium adversus illum implorare.

1) Die Friedensbedingungen s. b. *Sabellicus l. c. p.* 863 *s.* Was für einen Eindruck dieselben auf den kranken Papst machten, s. *Jacobi Volaterrani Diarium Rom.* b. *Muratori XXIII. p.* 198 *s. Stephani Infessurae Diarium urbis Romae* in *Eccardi Corpus histor. medii aevi II. p.* 1938: Deinde undecima die (Augusti) accesserunt ad eum Ambasciatores Potentiarum, putantes forte afferre ei aliquod gaudium, et exposuerunt ei, qualiter

conclusa esset pax per totam Italiam. — De quo ipse multum obstupuit, et miratus est, quare pax esset conclusa sine eo, attento, ut ipse dicebat, ipsum debuisse principaliter intervenire. Et cum hoc saepius interrogasset ab eis, et audivisset, quod dicta pax esset conclusa adeo, ut non posset amplius retractari; doluit valde. Et causa doloris communi omnium existimatione haec fuit, quia semper in omnibus operibus suis animum ostendit suum in hunc finem et propositum, ut aliquem statum, potentiam sive dominium acquireret Comiti Hieronymo. — Putabat modo in hac pacis conclusione, se posse aliquid dicto Comiti acquirere. Et ista de causa intravit in talem confoederationem, et pecuniam Ecclesiae expendit. Sed postquam vidit, se esse illusum, et cecidisse ab hac spe; — doluit valde, ita ut tam ex primo dolore quam ex novissimo infirmatus sit febre, — et — XII. d. Aug. — mortuus sit Sixtus IV. In quo felicissimo die Deus ipse omnipotens ostendit potentiam suam super terram, liberavitque populum suum Christianum de manu talis impiissimi et iniquissimi regis, cui nullus Dei timor, nullus regendi populi Christiani amor, nulla caritatis et dilectionis affectio; sed solum voluptas inhonesta, avaritia, pompa, seu vana gloria semper et continue praecipue viguit, et in consideratione fuit. Hic, ut fertur vulgo, et experientia demonstravit, puerorum amator et Sodomita fuit. Nam quid fecerit pro pueris, qui serviebant ei in cubiculo, experientia docet, quibus non solum multorum millium ducatorum donavit reditus, verum Cardinalatum, et magnos Episcopatus largiri ausus est. Nam et non propter aliud, ut dicunt quidam, dilexit Comitem Hieronymum, et fratrem Petrum, ejus germanum, ac post Cardinalem s. Sixti, nisi propter Sodomiam. — Hic avarissimus: namque, ut notum est omnibus, nullum unquam contulit beneficium cujuscunque generis, nisi soluta pecunia. — Interdum etiam subhastabatur, ut nulla habita ratione peccati, bonus an malus, dignus vel indignus, literatus an illiteratus esset, qui plus offerret, beneficium consequeretur. Cardinalatus quoque et Episcopatus vendidit infinitissimos, de quibus hic narrare non expedit. Hic pecuniarum quaerendarum causa, quas in bellis et

pompis consumebat, multa et inexcogitata in Curia Romana officia adinvenit, et vendidit his, qui Scytharum vocabulo denominabantur Stradioti, Jannizari, et Mamaluchi. Hi officiales habebant varia exercitia in Curia, et ex his lucrabantur, et sine dubio ut ex illis pecunias, quas pro consequendis exposuerant, rehabere possent, citra modum lucrum extorquebant. Hic officia multa in urbe, non citra avaritiae causam, perpetua et venalia fecit. — Hic gabellam novam imposuit, ut fornarii sive pistores pro quolibet sacco grani, quod macinandum (mahlen) mittebant, ultra consuetam solutionem unum grossum papale solverent. Hic Datium (*dázio* Abgabe) sub nomine decimae immoderatum tam a Clericis, quam ab Officialibus exigebat, et quidem sine aliqua misericordia. Figebat enim praeceptum in ostio Ecclesiae, ut intra certum brevissimum spatium sub excommunicationis et privationis poena et ultra illam, alias centum, et alias quinquaginta Ducati solverentur: quod si ita, ut ponebatur, derepente non esset solutum, Ecclesia ipsa erat interdicta, et Canonici privabantur. Hic Romae dum vixit, panis penuriam semper induxit pecuniarum quaerendarum causa. Nam emebat granum de messibus per omnes ecclesiasticas regiones uno Ducato: — deinde penuria facta — quatuor vel quinque Ducatis revendebat. Aliquando ex regno Regis Ferdinandi granum foetidum et putridum parvo pretio comparabat, illudque in loco quodam, qui Abundantia vocabatur, — non minori quam tribus Ducatis pro rubio distrahebat. Et quia saepe contingebat, quod tanta grani multitudo ibi consumi non poterat, inter fornarios distribuebat, mandabatque illis, ut sub certa poena non possent aliud quam dictum suum granum consumere seu operari, pro pretio tamen XL. Carlinorum pro quolibet rubio, quod nisi solverent, statim carcerabantur. Panis vero, qui ex dicto frumento fiebat, erat ater, foetidus et abominabilis, et ex necessitate comedebatur, ex quo saepenumero in civitate morbus viguit. Hic poenas omnes cujuscunque generis ad pecuniam reduxit, ita ut, si ignem quis meritus fuisset, soluta aliqua pecunia liberaretur. — Et tandem tantum vigebat in eo avaritiae vitium, ut non puderet, nec erubesceret, si aliquando Camera

VIII., welcher trotz der eingegangenen Wahlcapitulation m) mit noch rücksichtsloserer Gemeinheit seine sieben unehelichen

esset debitrix alicujus, et ipse debitum promiserit, denegare, et in sua fide deficere, et aliquando, quod clarissimum erat, denegare. — Hic literatorum et bonos mores habentium inimicus, solum illi grati erant mali etc. *Raphael Volaterranus Comm. urban. Anthropologia lib.* XXII.: Suorum imprimis amantissimus ac indulgentissimus fuit, quorum causa pleraque praeter fas jusque et agebat et concedebat. Petrum ante omnes ejusdem Ordinis (Franciscani) ac patriae, quem a puero una cum Hieronymo fratre sibi educaverat, ad Cardinalatum usque provexit, virum alioquin natum perdundae pecuniae: nam biennio, quo tantum postea vixit, ducenta aureorum millia in luxu victitando solum absumpsit, LX. millia aeris alieni, argenteorum item CCC. pondo dimisit. Decessit tabidus voluptate annorum XXVIII., opificibus maxime desideratus, quorum officinas novis semper lucris et opibus replebat. Hieronymus vero frater, Forolivii Forocorneliique princeps factus, post eum rem omnem Ecclesiae administravit, vir ingenio severiore ac voluptatibus praeter unicam venationem minimum deditus. Xistus itaque post hos fratrum sororumque filios extulit: neque enim alter propinquis foecundior fuit. Aufzählung dieser Beförderungen, und der Kriege, die er ad arma conversus, quibus magis quam religioni natus fuerat, führte. Quum igitur tot tumultibus absumpta pecunia indigeret, nova Collegia primus excogitavit, quae liceretur. Angabe derselben. Verum haec seu necessitati, seu verius proximis ac ministris tribuenda, nam eo Pontificum nullus nec animo munificentior, nec in dando hilarior, nec in promovendis hominibus promptior repertus fuit. Wie er fremde Fürsten aufgenommen, und Rom durch Gebäude verschönert habe.

m) s. dieselben b. *Raynald.* 1484. *no.* 28 *ss.* Gegen den Nepotismus sind die Bestimmungen gerichtet *no.* 30.: De parentela et consanguinitate sua non plures quam unum dumtaxat qualificatum (ad Cardinalatum) promovebit; u. *no.* 38.: quod arces S. Angeli, civitatis vetulae, Tiburis, Spoleti et Caesenae non

Kinder zu heben und zu bereichern suchte n). Mit dem Könige Ferdinand von Neapel führte er bis 1492 zwei Kriege, und stellte demselben den Herzog Renatus von Lothringen als Ge-

concedet alicui de parentela sua, nec Praelato, nec saeculari; sed aliis Praelatis et ecclesiasticis personis; neque faciet eundem Castellanum et gubernatorem alicujus civitatis, — nec Capitaneatum generalem Ecclesiae nepoti, nec alicui consanguineo suo concedet.

n) *Infessura* (b. Murat. III, II. p. 1189. Eccard. II. p. 1947) zählt die Verleihungen auf, welche dem Gerüchte nach Innocentius pro habendis vocibus versprochen haben sollte, und setzt dann hinzu: Quare negari non potest, quin considerata qualitate et vita Viri, qui juvenis et Januensis est, et ex pluribus mulieribus septem filios inter mares et foeminas habet, — ac considerata qualitate electionis, quae multo deterior fuit electione Xisti, quomodo longe pejora et deteriora non sequantur? Schon am vierten Tage nach der Wahl Cardinales animo insatiabili et quadam voracitate inter se omnia officia saecularia tam urbis quam extra urbem diviserunt. Das Versprechen, omnia officia et beneficia Romana concedere Romanis civibus, sey nicht geachtet. Et sic in ejus principio sequitur vestigia Xisti, etsi grave est unicuique fidem fallere, sed magis Principi. Sed non est mirum, si populum Romanum decepit, quia Deum omnipotentem, cui in promotione castitatem vovit et promisit, et tamen post septem filios habuit, turpiter fefellit atque decepit. *Raph. Volaterranus Comment. urban. Anthropologia lib. XXII.:* Xisti deinde secutus exemplum quaestus gratia Secretariorum collegium instituit pristinum numerum augendo; Pontificum etiam primus, qui novum et ipse exemplum introduceret palam liberos nothos jactandi, ac soluta omni antiqua disciplina divitiis eos omnibus cumulandi. Das gleichzeitige Epigramm

Octo Nocens pueros genuit totidemque puellas,
Hunc merito poterit dicere Roma patrem

hat die Zahl 8 wohl nur genommen, weil Innocenz der achte dieses Namens war.

genkönig entgegen o). Er fuhr zwar fort, wie seine Vorgänger, die Fürsten und Völker zu Unternehmungen gegen die Türken zu ermuntern p): als aber Dschem (im Abendlande Zizim od. Zemes genannt), Bruder und Nebenbuhler des türkischen Sultans Bajessid, von den Rhodiserrittern ihm ausgeliefert war (1489), so zog er es vor, denselben, anstatt ihn an der Spitze eines Heeres gegen die Türken zu senden, gegen ein Jahrgeld des türkischen Sultans in Gefangenschaft zu halten q). Auch der verworfenste aller Päpste Alexander

o) Ferdinand wollte den Lehnszins, wie von Sixtus **IV.**, so auch von Innocenz **VIII.** erlassen haben. Der Päpst trat mit den unzufriedenen neapolitan. Baronen in Verbindung, Ferdinand mit dem römischen Hause Ursini. Der erste Krieg begann 1485 (*Raynald. h. a. no.* 38. 1486. *no.* 1.): den 12. Aug. 1486 wurde ein für den Papst vortheilhafter Friede geschlossen (*Raynald. h. a. no.* 13.), der aber von Ferdinand nicht gehalten wurde. Daher entstanden bald wieder Zwistigkeiten (*Raynald.* 1487. *no.* 9 *ss.*), 1489 erklärte der Papst den König des Reichs für verlustig (*Rayn. h. a. no.* 5 *ss.*): der Friede von 1492 war eine Erneuerung des frühern (*Rayn. h. a. no.* 10 *ss.*), vergl. Leo's Gesch. d. ital. Staaten. Th. 4. S. 611 ff. S. 617 f.

p) *Raynald.* 1484. *no.* 60 *ss.* 1485. *no.* 1 *ss.* 1486. *no.* 60 *ss.* 1488. *no.* 10 *ss.*

q) Ueber Dschems Gesch. s. Jos. v. Hammer's Gesch. des osmanischen Reiches. Bd. 2. (Pesth 1828. 8.) S. 250 ff. Er flüchtete 1482 nach Rhodus, wurde von den Rhodisern in Frankreich gefangen gehalten, und 1489 dem Papste überliefert, welcher unter dem Vorgeben, denselben zu einer Unternehmung gegen die Türken zu gebrauchen, sich sehr deshalb bemühet hatte. So schrieb Innocentius an den Herzog v. Bourbon (*Raynald.* 1485. *no.* 12.): Hortamur nobilitatem tuam, et quanto possumus studio per Redemptoris nostri sanctissimam passionem requirimus, ut pro religione animi tui, et pro communi omnium salute, — [nolueris] pati, ut idem Turci frater ad alias quam nostras manus deveniat: nam si in nostra fuerit potestate, modum et viam adinveniemus, qui-

bus illo tamquam instrumento ad res magnas pro religione Christiana et Dei laude gerendas uti possimus. Ueber Dschems Einzug in Rom den 13. März 1489 und seine Erscheinung im Consistorio s. *Infessura* b. *Murat. III, II. p.* 1224 *s.* Alsbald begannen die Unterhandlungen des Sultans in Rom. Der päpstl. Legat Angelus Pechinolius (s. dess. Bericht an den Papst im Juni 1489 b. *Justus Fontaninus de antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum. Rom.* 1723. 4. *p.* 488) mußte von dem Könige von Ungarn hören: Orator Soldani, qui est Romae, supplicavit Domino sanctissimo pro parte istius Turci, quod sua Sanctitas sit contenta recipere a Soldano ducenta millia Ducatorum, et quod eum det ad manus Soldani, et sua Sanctitas fuit contenta. Sic misit unum hominem ad Rhodum sub praetextu, quod pro aliquibus fratribus religiosissimis Rhodiensium vadat ad Rhodum: sed inde mutatis vestibus ibit ad Soldanum pro compositione istius pecuniae et aliarum rerum. — Quantum autem deceat unum Papam ista facere, sua Sanctitas, quae prudentissima est, potest melius considerare, et quid sint dicturi alii Christiani Principes, quando ista audierint. Der Legat wußte nur entgegenzusetzen, daß der Papst für 200000 Ducaten Dschem nicht ausliefern werde, da der Sultan schon 600000 für denselben geboten habe. Der König blieb indeß dabei: Domine Legate, si non scit Paternitas vestra, scio ego: et forte, quod plus sunt: sed de ducentis millibus ego sum bene certus. Der König hatte den Dschem zum Kriege gegen die Türken selbst zu besitzen gewünscht: da es jetzt schien, als ob der Papst denselben einer venetianischen Flotte zugeben werde, so war der König in Begriff, mit dem Sultan ein Bündniß einzugehen, denn er meinte (p. 484): Veneti non in bellum contra Turcum proficiscentur, sed privata aliqua commoda et privatas eorum passiones ulcisci intendunt, und erklärte dem Legaten geradezu (p. 482): sua Sanctitas vult decimas habere: vere non habebitis: — si portabitis illum Turcum per mare, ego portabo fratrem suum, Turcorum Imperatorem per terram in Italiam. Indeß machte der Sultan einen Versuch, Dschem und den Papst vergiften zu lassen *Infessura p.* 1232: dann aber (*Infess. p.* 1234) erschien ein Ambasciator magni Turci den 30. Nov. 1490 mit reichen Geschenken an den Papst (zu ihnen gehörte die Lanze, mit welcher die Seite

Christi durchstochen worden war, und der Papst nahm dieselbe ungeachtet der Vorstellungen, daß dieselbe schon in Nürnberg und Paris gezeigt werde, als ächt an, s. *Burcard* in d. *Notices et extraits T. I. p.* 94), und bot demselben an, quod, si retineret dictum Turcam, pro censu se daturum quadraginta millia Ducatorum pro quolibet anno, quousque ipsum retinuerit. Item obtulit pacem et perpetuam securitatem inter Christianos et Turcas, et quod Christiani de caetero possent ire et redire in terras ejus libere et absque aliquo timore. Indeß mußte ihm bei Dschem eine Audienz gewährt werden, weil er erklärte, se nolle solvere tributum praedictum, nisi eum oculata fide videret. Et ita dixit se habuisse in mandatis, ne forte diceretur vivus, et mortuus esset. Vergl. über die Geschichte Dschems den Abt *Ludovicus Tubero comm. de temporibus suis* (v. 1490—1522) *lib. VI.* §. 6. u. 7. in *Schwandtner Scriptt. rerum Hungaricarum. T. II. p.* 214 *s*. Er erzählt §. 7. zuerst, wie sich der König Matthias v. Ungarn bei dem Könige von Frankreich vergeblich bemüht habe, Dschem zu erhalten, sperans, si Gemium in potestate haberet, non solum facile consecuturum, ut Bajazethes intra fines suos sese contineret, atque invalidior viribus fieret (certo enim sciebat, Gemium a popularibus studio, ut fit, novarum rerum valde desiderari); verum etiam se bonam Imperii partem eo facto Turcis ademturum: quippe arbitrabatur, Bajazethem fraterno metu nullam pacis conditionem ab se dictam recusaturum. Dann fährt er fort: Non ita multo post Innocentius VIII. Pontifex Romanus et sibi amplum fore putans, Regem Turcam tributarium habere, et tanto auro, cujus quidem sacerdotes hac tempestate maxime avidi sunt, potiri cupiens, oblata Rhodiorum Principi dignitate, qua Cardinales sacerdotes Romanae Ecclesiae insigniti sunt, agit cum illo, ut Turcam sibi traderet. Rhodius, non parvum fortunae suae additamentum existimans, in collegium Cardinalium cooptari, accepta conditione hominem suae fidei commissum hujuscemodi facile permutat magistratu. Itaque vidimus, si Deo placet, non pecunia modo, quod jam solemne est, sed etiam perfidia atque humano sanguine sacerdotia apud Christianos parari, si Christiani appellandi sunt, qui nihil praeter nomen habent Christianorum.

VI. (s. 11. Aug. 1492) r), kannte kein höheres Ziel als seine fünf unehelichen Kinder, und unter ihnen besonders seinen Liebling Cäsar Borgia, mit Ehren und Reichthümern zu überhäufen s). Als Carl VIII., König v. Frankreich, die

r) Trotz der dringenden Ermahnungen, welche in den Predigten des *Leonellus Episc. Concordiensis* (b. *Raynald.* 1492. *no.* 24 *s.*) und des *Bernardinus Carvajal Episc. Pacensis* (in *Martene thes. anecd. II. p.* 1774 *ss.*), den zur neuen Wahl schreitenden Cardinälen vorgehalten waren, ließen sich doch alle, nur fünf ausgenommen, von dem Rodericus Borgia bestechen, ihn zu wählen, der jetzt als Alexander VI. den päpstl. Stuhl bestieg, s. *Infessura* b. *Eccard II. p.* 2008 *s.*

s) So vermählte er den 10. Juni 1493 seine Tochter Lucretia, nachdem er sie von ihrem bisherigen Manne getrennt, und diesen mit Geld befriedigt hatte, an Alexander den Herrn von Pesaro, und richtete in dem päpstlichen Palaste eine große Hochzeit aus, auf der es nicht sonderlich ehrbar zuging, s. *Infessura* b. *Eccard II. p.* 2011 *s.* Infessura bemerkt dabei: Alexander consuetudinem jam coeptam per Innocentium de maritanda prole foeminina prosecutus est et ampliavit. Incumbit igitur Clerus omnis, et quidem cum diligentia circa sobolem procreandam. Itaque a majori usque ad minimum concubinas in figura matrimonii, et quidem publice attinent. Quod nisi a Deo provideatur, transibit haec corruptio usque ad Monachos et Religiosos, quamvis Monasteria urbis quasi omnia jam facta sint lupanaria, nemine contradicente. *Raphael Volaterranus comm. urb. Anthropologia lib. XXII.:* Alexander deinde nihil prius habuit quam Innocentii exemplo suos nothos honoribus, verum longe majoribus extollere, quando jam res haec honori et gloriae coepit esse. Itaque *Lucretiam* filiam prius Jo. Sfortiae Pisauriensi Principi locavit, deinde abdicatam (von ihrem Manne verlassen, s. Machiavelli hist. Fragmente, übers. v. Leo S. 114) Aloisio Aragoni Alfonsi Regis filio notho, quo demum interfecto Alfonso Estensi Ferrariae Duci, cum quo adhuc perseverat. Ex filiis vero alterum minorem natu in regno Siciliae Principem fecit (s. *not. t*), alium *Caesarem* Cardinalem (1493.

Rechte des Hauses Anjou auf Neapel geltend machen wollte, ließ sich Alexander anfangs durch reiche Vergabungen an seine Söhne für den König Ferdinand v. Neapel, und nach dessen Tode (25. Jan. 1494) für dessen Sohn Alfons II. gewinnen t), drohete Carln mit dem Banne u), und suchte selbst türkische Hülfe nach v). Als aber Carl dennoch (d. 31. Dec.

Ludov. Tubero lib. VIII. §. 15.: vix puberem Cardinalem designavit, ementitus, non ex se genitum esse, sed ex viro, cujus uxorem, quod satis constat, ipse adulteraverat), majorem quoque in Hispania ducem (den Johann Borgia v. Arragonia, Herzog v. Gandia, welchen er 1497 noch mit dem Herzogthume Benevent belehnte, s. *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2081).

t) Leop. Ranke's Geschichte der romanischen u. germanischen Völker v. 1494 b. 1535. Bd. 1. (Leipz. u. Berlin 1824). S. 30. Leo's Gesch. v. Italien. Th. 5. S. 71 ff. Namentlich erhielt Giuffredi Borgia eine natürl. Tochter des Königs Alphons zur Gemahlin und das Fürstenthum Squillace zur Mitgabe.

u) Ueber die Versuche des Papstes, Carln von Italien zurückzuhalten, s. *Raynald.* 1494. *no.* 15 *ss.* Nachdem Alexander den Alphons mit Neapel belehnt hatte, appellirte der franz. Gesandte im Consistorio deshalb an ein allgemeines Concilium, der Papst verlangte dagegen, daß Carl die Entscheidung seiner Ansprüche ihm überlassen sollte *l. c. no.* 18., und drohete mit dem von Pius II. in Mantua gegen eine solche Appellation verhängten Anathema (*l. c. no.* 20.).

v) Im Juli 1494 hatte der Papst mit Alphons K. v. Neapel eine Zusammenkunft in Vicovarium, in deren Folge Beide Gesandtschaften an den türk. Sultan schickten (*Burchardi Diarium* b. *Eccard. II. p.* 2047 u. *Raynald.* 1494. *no.* 21.). Der päpstl. Gesandte wurde indeß aufgefangen, und bei ihm die ihm von dem Papste gegebene Instruction gefunden. Diese und fünf Schreiben des Sultans an den Papst s. in *Burchardi Diarium* b. *Eccard II. p.* 2053 *ss.* u. in den *Mémoires de Phil. de Comines, nouvelle édition par Messieurs Godefroy, augmentée par M. l'Abbé Lenglet du Fresnoy. T. IV. P. II.* (*Londres et Paris* 1747. 4.) *p.* 47 *ss.* Die fünf Briefe des Sultans auch in den Fundgruben des Orients. Bd. 5. (Wien 1816. Fol.) S. 183. (alle drei Ausgaben aus verschiedenen

1494) in Rom erschien, sprang der Papst sogleich zu ihm über, und lieferte ihm den Prinzen Dschem aus, sorgte aber

Mss.). Die päpstl. Instruction v. Juni 1494 giebt dem Nuntius Georg Bocciardo auf, dem Magnus Turca, Sultan Bajazet auseinanderzusetzen, qualiter Rex Franciae properat cum maxima potentia terrestri et maritima — huc Romam veniens eripere e manibus nostris Gem Sultan, fratrem Celsitudinis suae, et acquirere Regnum Neapolitanum, — sed etiam in Graeciam transfretare, et patrias Celsitudinis suae debellare. — Et cum nobis opus sit resistere, — cogimur ad subsidium praefati Sultan Bajazet recurrere, sperantes in amicitia bona, quam ad invicem habemus, quod in tali necessitate juvabit nos: quem rogabis, et nomine nostro exhortaberis, ac ex te persuadebis cum omni instantia, ut placeat sibi quam citius mittere nobis Ducatos quadraginta millia in auro Venetos pro annata anni praesentis, quae finiet ultimo die Novembris venturi (das Jahrgeld für Dschem). Da auf den Beistand der Venetianer viel ankomme, so persuadebis et exhortaberis Majestatem suam, quam tenemur certiorem reddere ob veram et bonam amicitiam, quam habemus ad invicem, ne patiatur aliquod interesse, ut statim mittat unum Oratorem ad Dominium Venetorum: — quos exhortetur et adstringat, quod pro quanto cari pendant amicitiam suam, debeant esse adjumento et defensioni nostrae et Regis Alfonsi terra marique. — Denotabis pariter magno Turco adventum Oratoris magni Soldani (des Sultans v. Aegypten) ad nos cum litteris et muneribus, quae transmisit nobis, — et promissiones, quas nobis fecit de magno thesauro, ac de multis aliis rebus (wenn ihm nämlich Dschem ausgeliefert würde): significabis Majestati suae intentionem nostram, in quantum sibi promisimus, firmiter tenebimus, et nunquam contraveniemus in aliqua re: imo nostrae intentionis est accrescere et meliorare nostram bonam amicitiam. Bene gratum nobis esset, et de hoc multum precamur et hortamur D. Serenissimum, quod pro aliquo tempore non impediat Hungarum, neque in aliqua parte Christianitatis, et maxime in Croatia et civitatibus Ragusiae et Leguiae: quod faciendo et observando nos faciemus, quod

alsbald für dessen Vergiftung, um sich das versprochene Blut=

Hungarus non inferat ei aliquod damnum, et in hoc Majestas sua habebit compassionem complacendi nobis, attento maxime motu Francorum, et aliorum Principum. Quodsi in bellando perseveraret, habeat pro comperto sua Magnitudo quod in ejus auxilio essent quam plures Principes Christiani, et doleret Majestatem suam non fecisse secundum consilium nostrum, quod damus sibi primo ex officio, quando simus pater et dominus omnium Christianorum, postea desideramus quietem Majestatis suae ad bonam et mutuam amicitiam: quoniam si aliter Majestas sua statueret prosequi et molestare Christianos, cogeremur rebus consulere, cum aliter non possemus obviare maximis apparatibus, qui fiunt contra Majestatem suam. In den Antwortschreiben des Sultans, alle vom 15. u. 18. Sept. 1494, finden sich außer der Bewilligung der päpstl. Wünsche noch folgende Merkwürdigkeiten. In dem vierten: notum sit Tuo supremo Pontificio, quemadmodum Rev. Dominus Nicolaus Cibo Archiepiscopus Arelatensis est dignus et fidelis homo. — Hujus igitur rei causa justum est a vobis decerni, majori in ordine ipsum esse debere: unde et rogavimus dictum supremum Pontificem (*Innocentium VIII.*), ut faceret illum Cardinalem, et assensus est nostrae petitioni. — Verum quia non erat tempus, id est Septembris mensis, non sedet in ordine suo. — Ea de causa scribimus et rogamus Tuam Magnitudinem, — ut adimpleat ipsi Tuum Pontificium, videlicet ut faceret ipsum perfectum Cardinalem. In dem fünften: Inter alia mihi retulit (*Georgius Bussardus*), quomodo Rex Franciae animatus est habere Gem fratrem nostrum, qui est in manibus vestrae Potentiae: quod esset multum contra voluntatem nostram, et vestrae Magnitudini sequeretur maximum damnum, vosque et omnes Christiani paterentur detrimentum. Idcirco una cum praedicto Georgio cogitare coepimus: pro quiete, utilitate et honore vestrae Potentiae, et adhuc pro mea satisfactione bonum esset, quod dictum Gem meum fratrem, qui subjectus est morti et detinetur in manibus vestrae Magnitudinis, omnino mori faceretis, quod, si vita careret, esset et vestrae Potentiae utile, et

geld des Sultans nicht entgehen zu lassen w). Im März 1495 verband sich der Papst wieder mit dem Kaiser und dem

quieti commodissimum, mihique gratissimum. Et si in hoc Magnitudo vestra contentabit complacere nobis, prout in sua prudentia confidimus facere velle, debet pro meliori Suae Potentiae, et pro majori nostra satisfactione, quanto citius poterit, illo meliori modo, quo placebit Vestrae Magnitudini, dictum Gem levari facere de angustiis istius mundi, et transferri ejus animam in alterum saeculum, ubi meliorem habebit quietem. Et si hoc adimplere faciet Vestra Potentia, et mandabit nobis corpus suum in qualicumque loco citra mare nostrum; promittimus Nos Sultan Bajazet suprascriptus in quocumque loco placuerit Vestrae Magnitudini Ducatorum trecenta millia ad emenda filiis suis aliqua dominia, quae Ducatorum trecenta millia consignare faciemus illi cui ordinabit Vestra Magnitudo, antequam sit nobis dictum corpus datum, et per vestros meis consignatum. Adhuc promitto Vestrae Potentiae, quod vita mea comite et quamdiu vixero, habebimus semper bonam et magnam amicitiam cum eadem Vestra Magnitudine sine aliqua deceptione, et eidem faciemus omnia beneplacita et gratias nobiles. Auch will der Sultan die Christen nicht mehr beunruhigen, und bekräftigt zuletzt alle diese Versprechungen durch einen feierlichen Eidschwur.

w) *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2066, richtiger b. *Raynald.* 1495. *no.* 12.: Feria quarta, vigesima quinta Februarii Gem, frater Magni Turcae, qui nuper Regi Francorum per sanctissimum Dominum nostrum ex pacto et conventione inter eos stipulatis fuerat consignatus, in civitate Neapolitana et castro Capuano ex esu sive potu naturae suae non convenienti vita est functus, cujus cadaver deinde ad instantiam et preces magni Turcae eidem magno Turcae cum tota defuncti familia missum est, qui propterea dicitur magnam pecuniarum summam persolvisse seu donasse, et familiam ipsam in gratiam recepisse. *Ludovicus Tubero* (s. not q) *lib. VI.* §. 7. b. *Schwandtner II. p.* 216: Mortuo Innocentio Alexander, Pontificatum pecunia adeptus, Gemium in Caroli VIII. Francorum Regis, tunc Neapolitanum regnum petentis, coactus — permisit

Könige von Spanien, um die Franzosen aus Italien zu vertreiben x). Nicht lange aber, so verfeindete er sich mit dem neuen Könige von Neapel Friedrich, Bruder Alfons II., welcher die ausschweifenden Forderungen des Cäsar Borgia nicht bewilligen wollte y), und näherte sich wieder dem Könige v.

potestatem, dato ei prius veneno haud quidem praesentaneo, sed quod ad occultandam facinoris invidiam aliquot diebus mortem protraheret. Ferunt autem, hunc Pontificem adeo deplorata vita, atque ad extremum perditum fuisse, ut omnia sacra pretio venderet. Quosdam insuper Cardinales divitiis notos veneno sustulisse dicitur, quo eorum pecuniis liberorum suorum ex adulterio susceptorum fortunam augeret. Quare ejus aetate per totum fere Christianum orbem hi versiculi passim decantabantur:

Vendit Alexander claves, Altaria, Christum:
Emerat ista prius, vendere jure potest.

Unde omnibus persuasum est, ipsum Pontificem, qui verius Carnificis nomen obtinere debuit, Venetis quoque non solum consciis, sed etiam internuntiis, propter simultatem, quam cum Rege Carolo habebant, ingentis pecuniae pactione ad hoc scelus a Bajazethe esse inductum, qui quidem in securitatem suam — fratrem e medio tolli magnopere optabat. Atque in hunc maxime modum Christiani, Turcis praesertim finitimi, a quibus minime oportuit, pene proditi sunt. Nam Bajazethes, domestico metu liberatus, statim animo consilia volutare coepit Christianos aperte oppugnandi, atque opportunitate rerum gerendarum, quae ad illam diem haudquaquam patuerat, uti. Vergl. Hammer's Gesch. des osman. Reiches. Bd. 2. S. 277.

x) L. Ranke's Gesch. der roman. u. german. Völker v. 1494—1535. Bd. 1. S. 62 ff. Leo's Gesch. v. Italien. Th. 5. S. 96 ff.

y) Johann v. Borgia wurde 4 Wochen nach seiner Erhebung zum Herzoge von Benevent (s. not. s) ermordet, wie *Lud. Tubero lib. VIII.* §. 15. *Machiavelli* († 1527. Hist. Fragmente von Nicolo di Bernardo dei Machiavelli übers. v. H. Leo, Hannover 1828. 8. S. 115) u. *Guicciardini lib. III.* ausdrücklich melden, auf Anstiften seines

Frankreich Ludwig XII. In Rom war jetzt alles möglich: der Cardinal Cäsar Borgia wurde des geistlichen Standes entbunden z), Ludwig XII. von seiner Gemahlinn geschieden aa).

Bruders Cäsar Borgia, welcher von nun an danach strebte, des geistlichen Standes entbunden, und statt seines Bruders mit weltlichen Ehren überhäuft zu werden. So verlangte er von König Friedrich dessen älteste Tochter zur Gemahlinn, u. das Fürstenthum Tarent zur Mitgift, s. Machiavelli a. a. O. S. 159. *Guicciardini lib. IV.* Ranke S. 169 ff.

z) *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2096: Feria sexta, decima tertia Augusti (1498), in secreto Consistorio Dominus Cardinalis Valentinus proposuit, se ab ineunte aetate inclinatum semper fuisse statui saeculari, sed Sanctissimum Dominum nostrum voluisse, ut se daret statui ecclesiastico, et ad Ordinem se promoveri Diaconatus, cujus voluntati se opponere visum non est. Cum autem omnis ejus voluntas et inclinatio sit adhuc ad statum saecularem, supplicavit, S. D. N. dignaretur cum singulari clementia prosequendo secum dispensare, ut dimissis habitu et dignitate ecclesiastica liceat ei redire ad saeculum, ac matrimonium contrahere. Et Reverendissimos Dominos Cardinales rogavit, quatenus hujusmodi dispensationi consentire vellent, et cum eo S. D. N. supplicare. — Cardinales omnes communiter concordi voto remiserunt dispensationem hujusmodi arbitrio et voluntati ejusdem S. D. N. *Lud. Tubero lib. VIII.* §. 15. b. *Schwandtner II.* p. 282: Hoc parricidio (der Brudermord not. y) admisso Caesar Cardinalatu, quem a patre ultro oblatum non religionis studio, sed spe, ut plerique faciunt, opulentioris fortunae acceperat, sese sponte abdicavit, palam professus, se a Pontifice progenitum, et ob id tanto nequaquam idoneum sacerdotio: aeque ac majus flagitium esset, illegitime natum summum sacerdotium obtinere, quam sacris Deoque dicatis pecuniis, ac in hospitalitatem absumendis abuti, atque his ipsis regna, pulsis justis regibus, per nefas parare. Cäsar wurde darauf 1500 vom Papste zum Capitaneus Generalis et Confalonerius S. Romanae Ecclesiae erhoben, *Burchard p.* 2115.

aa) Ludwig Herz. v. Orleans folgte im April 1498 auf seinen Vetter

zur Erkenntlichkeit erhob der Letztere den Ersteren zum Herzoge von Valentinois (1498), und unterstützte ihn dann mit einem Heere, um die mächtigen Vasallen im Kirchenstaate nach einander zu überwältigen, und aus deren Besitzungen sich selbst ein Fürstenthum zu bilden bb). Neapel wurde dagegen unter

Carl VIII. *Ludov. Tubero lib. VII.* §. 14. b. *Schwandtner II. p.* 254: Qui (Ludovicus Aurelianensis) quidem una cum regno uxorem etiam ipsius Regis in matrimonium accepit, prima conjuge novo inter Christianos exemplo repudiata, apud quos sane conjugium non nisi morte alterius dirimitur. Ferunt autem, Aurelianensem hoc consilio tantum facinus Alexandro VI. Romano Pontifice annuente admisisse, ne scilicet a Francorum regno Armoricae civitates, quas gentes nunc Britones vocant, ad imperium et jus Annae uxoris Caroli spectantes, deficerent, si illa alium virum sibi matrimonio adjungeret. Haec enim mulier, nulla in domo paterna virili sobole superstite, Britonum regionem haereditario jure obtinebat. Nec mirum, si tales nuptiae ab Alexandro VI. Romano Pontifice permissae sunt: cum et ipse Alexander filiam suam, ex quadam adultera susceptam, atque cum Principe Pisauriensium matrimonio conjunctam (s. *not. s*), e viri thalamo adversus leges pontificias abripuerit, atque alii in matrimonium, sola fortunatioris conjugii spe, dederit. Welche Gründe der Scheidung als Vorwand dienten, wie Cäsar Borgia die Urkunde anfangs zurückhielt, der König aber, nachdem er das Vorhandenseyn derselben erkundet, dennoch die Vermählung vollzog, s. Machiavelli's hist. Fragmente übers. v. Leo. S. 154 f.

bb) *Raph. Volaterrani comm. urb. Anthropologia. lib. XXII.:* Post ejus (des Herzogs Joh. v. Borgia) mortem Caesar Cardinalis spreto sacerdotio ejusque ordine, cupidus dominandi se ad Ludovicum Galliae Regem cum magna vi auri ac suppellectilis contulit, ejusque propinquam de Lebreto (Charlotte d'Albert, Schwester des K. v. Navarra) in matrimonium una cum oppido Valentia accepit. Regis deinde auxilio perpetuoque foedere multum in Italia sibi ditionis paravit, Aemiliam inprimis omnem praeter Bononiam ejectis partimque necatis

antiquis familiarum possessoribus (woraus der Papst 1501 für Cäsar das Herzogthum Romagna bildete), in Etruria Populinum, in Piceno Camerinum, Senogalliam, Urbinum, quod ex omnibus per proditionem cepit. Nam cum ut hospes et amicus a Guidone Duce cum exercitu apud Callium exciperetur, extemplo dato signo urbem eam corripuit: inde propere Urbinum invadi mandat. Guido vero cum non satis virium improvisus ad resistendum haberet, ne in manus hostis perveniret, statim relictis omnibus nocte sequenti paucis comitibus ad sororium suum Mantuam aufugit. Pontifex interim Roma supplementa res agenti mittebat, una tantum cogitatione occupatus, quonam modo eum maximum Principum constitueret: eapropter in animum induxit proceres urbi finitimos alia atque alia de causa prorsus omnes extinguere: cepitque a Cajetanis, vetusta familia, qui nonnulla apud Volscos oppida possidebant, Jacobum Protonotarium ex ea gente Honorati filium carcere inclusum necavit, adolescentemque unicum Colae filium familiae superstitem absentem trucidari jussit, Columnensium deinde Gallorum auxilio expulsorum imperium omne invasit. Quod reliquum erat cum ad Ursinos anhelaret, nec satis causae haberet, occasionem est nactus, quam optanti hominum promittere nemo potuisset, ipsa dies jam obtulit ultro. Contigit nempe, ut ipsimet Ursini tantos Caesaris successus tantamque imperandi cupiditatem adspicientes sibi quamque amicis timerent, ne cunctis jam sublatis ipsi quoque delerentur. Itaque cum his, qui pari formidine adficiebantur una conspirant. Erant autem hi Joannes Bentivolius, Joannes Paulus Balio Perusinus, Vitellocius Tifernas, Liberoctus Firmanus, Pandulfus Petrucius Senensis, Baptista Cardinalis et Paulus Ursini. Qui omnes prope Perusiam concilio facto contra Caesarem conjurant, e vestigioque irruptione facta Urbinum recipiunt et Camerinum, cohortesque Caesarianas quae ad succurrendum mittebantur in itinere adorti adfligunt, aliaque Aemiliae oppida tentare continuo festinant. Pontifex hoc accepto nuntio magnopere commotus omni studio placare sibi Ursinos imprimis cona-

meinschaftlich erobert (1501) cc), fiel aber schon 1503 aus=

batur, quod facile cunctos ipsorum sperabat auctoritatem secuturos. Itaque omni pollicitatione, humanitate, conditioneque delinitos in suam sententiam adduxit. Illi conciliati jam capta restituunt, de novoque Senogalliam Caesari acquirunt, ubi Paulus et Gravinae dux Ursini, Vitellocius et Liberoctus una convenerant. Caesar igitur, qui Forocornelii se continebat, opportunum tempus se vindicandi ratus, eo cum exercitu Vasconum de improviso proficiscitur; illi obviam inermes procedentes veniam petunt praeteritorum; humaniter excepti sunt, custodiaeque interim clam adhibitae, ne fugere possent. Itaque jam deducendi officio functi cum discedere vellent, simulatione simul colloquendi restare jussi sunt. Cum in conclave venissent, extemplo clausa janua, et a militibus ad hoc ordinatis capti Vitellocius et Liberoctus eodem die strangulati, paucis post diebus reliqui (Dec. 1502 Jan. 1503). Nec mora, Perusia Tifernumque ejectis Vitelliis ac Balionibus Pontifici sese dediderunt. Pontifex interea Romae ubi per nuntium celerem noctu captos hos esse accepit, Cardinalem Ursinum, quem multa prius blanditia speque securum reddiderat, mane hortatur ad Palatium venire, fingitque Columnenses prope urbem adesse, pontesque cepisse. Ille credulus ubi obtemperavit, capitur et in molem Hadriani conjicitur cum Abbate Alviano Ursinarum partium. Praesul vero Florentinus et Jacobus Sanctacrucius eadem hora capti in Palatio sunt custoditi. Sanctacrucius postera die dimissus vadibus datis, consentiente Cardinale, ad oppida Ursinorum Pontifici adsignanda: ipse vero Cardinalis paucis post diebus est elatus, causa mortis omnibus facile judicata (*Burchardus* b. *Eccard. II. p.* 2150: biberat, ut vulgo aestimabatur, calicem ordinatum, et jussu Papae sibi paratum. — Papa commisit socio meo, ut haberet curam funeris defuncti. Ego nolui interesse: nolui enim sapere plusquam oportet). Vergl. *Guicciardini lib. IV.* Ranke's Gesch. der roman. und german. Völker. Bd. 1. S. 173 ff. 201 ff. Leo's Gesch. v. Italien. Th. 5. S. 133 ff. 147 ff.

cc) Ranke S. 179. Leo Th. 5. S. 141 ff.

schließlich an Spanien dd). Während dieser Zeit suchte Alexander durch Beneficienhandel, Ablaßverkauf, Ausübung des Spolienrechtes, und Türkensteuern, wie durch Ermordung reicher oder hinderlicher Personen, so viel als möglich Geld zusammmenzuraffen, um den üppigen Aufwand und die schändlichen Ausschweifungen seines Hofes zu bestreiten, und für seine Kinder Schätze zu sammeln ee). Endlich gab das Gift,

dd) Ranke S. 195 ff. 207 ff. Leo Th. 5. S. 157 ff.

ee) Im J. 1502 kam von Deutschland ein an den von dem Papste beraubten Sylvius de Sabellis gerichtetes, aber gedrucktes Schreiben nach Rom, welches *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2144 *ss.* mittheilt. Es wird derselbe darin aufgefordert, bei dem Papste (hoc monstruoso capite — hac infami bellua) keine Versuche mehr zu machen. Haec tibi in publicis Principum conventibus enarranda, haec committenda pluribus exemplis atque per omnium manus tradenda sunt et disseminanda: frustra queri Christianam religionem de Mahometo antiquo ejus hoste, — cum iste novus Mahometus omni criminum foeditate illum longe superaverit: — venisse tempora, quibus jam Antichristus — appareat, neque enim ullum omnino unquam nasci aut excogitari potuisse, qui apertior Dei hostis, Christi oppugnator, fidei et religionis subversor inveniretur. Jam beneficia et dignitates ecclesiasticas — publica venditione dissipari, et illis solummodo cedere, qui aperta emptione plus pecuniarum quam caeteri largiuntur. — Omnia jam apud Pontificem esse venalia, dignitates, honores, matrimoniorum copulas, eorundem solutiones, divortia et repudia uxorum. — Nihil esse jam scelerum aut flagitiorum, quod non Romae publice et in Pontificis domo committatur: superatos esse Scythas latrociniis, Poenos perfidia, immanitate et saevitia Nerones et Cajos: nam caedes, rapinas, stupra, et incestus referre, innumeri et infiniti prope operis foret. — Longum esset prosequi —, qui vel interfecti, vel vulnerati, vel vivi in Tiberim dejecti, aut veneno consumpti sunt: quorum cum sit infinitus numerus, et in dies crescat pernicies; — nemo in urbe est etiam privatae fortunae, qui sibi et suis jam non

welches der Papst einem reichen Cardinale bestimmt hatte, um sich des Vermögens desselben zu bemächtigen, ihm selbst den verdienten Tod (18. Aug. 1503) ff).

timeat. Quis horrenda libidinum monstra enarrare non formidet, quae aperte jam in illius domo et spreta Dei atque hominum reverentia committuntur; quot stupra, quot incestus, quot filiorum et filiarum sordes, quot per Petri Palatium meretricum, quot lenonum greges atque concursus, prostibula atque lupanaria. Feria Novembris solemnibus omnium sanctorum cerimoniis dedicata quinquaginta meretrices urbanae ad convivium in Palatium vocatae foedissimum et detestabilissimum spectaculum praebuere: et ut ad irritandum exempla non deessent, actitata est sequentibus diebus in publicum spectaculum equa, quae spectante cum filiis Pontifice intromissos admissarios nimio Veneris ardore concitatos in furorem et rabiem converteret (s. diese Schändlichkeiten erzählt von *Burchardus p.* 2134). Nihil esse jam auri, quod non ex omnibus populis Christianis ad filiorum luxum summa aviditate conquiratur. Propositum est in Turcas bellum publicare: ob eam speciem per omnes urbis basilicas preces indictae, et venditae exteris civitatibus erratorum indulgentiae: ut scilicet ex hac conquisitione largos sumptus suppeditarent, ut esset, unde filia Pontificis gemmis atque auro onerata, pompam et Romanae Ecclesiae tributa secum trahens, luxu inaudito ad maritum accederet; unde bellum antiquis civitatibus et veris Dominis inferretur. Pulsos esse sedibus veteres incolas, maximam urbis nobilitatem proscriptione atque exilio ablegatam, antiquos Latii dominos suis fortunis et possessionibus privatos, ut ex eorum cladibus Pontificis iidem filii et nepotes, ex incestuoso partu adhuc in cunis vagientes, ad regna et opes promoverentur.

ff) *Guicciardini lib. VI. Ludov. Tubero lib. VIII.* §. 15. b. *Schwandtner II. p.* 283. *Petrus Bembus* (Cardinal † 1547) *hist. Venet. lib. VI. p.* 218. vergl. Paulus im Sophronizon Bd. 8. Heft 5. S. 8 ff. Ueber Alexanders Character s. *Raph. Volaterranus Anthropol. lib. XXII.*: In Alexandro, ut de Annibale Livius scribit, aequabant vitia virtutes. Inerant namque in-

genium, ratio, cogitatio, memoria, diligentia, eloquentia vero quaedam naturalis, et ad persuadendum apta, ut nemo rem cautius proponeret, aut acrius defensitaret, seu quovis cuperet impelleret, sese unum omnium animis adcommodando: cum jucundis de remissione, cum severis de disciplina, cum patribus de republica loquebatur. Suos adversarios placabilitate ac patientia devinciebat: nam eorum, qui de numero Patrum exulabant, quosve suspectos habuerat, nihil de pristina dignitate detraxit; Gallorum animos contumacissimos ita sedavit, ut amicissimi discederent; in tanta procerum Romanorum vastatione, quod sane incredibile, nullum in urbe tumultum, nulla sensimus arma: omnia ipse obire, parum in rebus arduis cuiquam fidere. Idem in otio solutissimus, in metu constantissimus: nunquam negotia seu legationes audiendas voluptate praevertit, res in multam noctem protrahebat, brevissimi somni cibique. Artes liberales, si non colebat, admirabatur, juris praesertim scientiam ubi esse contingeret. Salaria doctoribus, stipendia militibus, mercedem operariis nunquam est differre, nedum auferre, visus, cujus rei gratia exercitum, quem magnum saepe nutriebat ductore filio, fidelissimum habuit: brevique tempore ac negotio totam fere Aemiliam, quae tributa non exsolverat, ei subegit. In annonae difficultate, quae bis contigit, advecta e Sicilia magna vi frumenti ita diligenter urbi providerat, ut plebes nullum fere sentiret incommodum. Has igitur animi dotes magnis óbruerat vitiis, quae narrare non attinet: tantum referam, quae vulgus adspexit. Si quando rerum fasce non premeretur, omni se remissionis generi sine discrimine dedidit: quapropter comoedias Plautinas, caeteraque ludicra libenter spectavit, frequenterque in Hadriani molem ventitabat, ut palam personatos per eorum ferias, ac omnes dies festos si quid elegantius in hominum genere per viam praeteriret, propius adspiceret. In nuptiis filiae, quae ad virum Ferrariam profectura erat, equestres ludos et venationem in Vaticano extra ordinem dedit. In urbe gladiatorum nunquam licentia major, nunquam populo Romano libertas minor. Delatorum magna frequentia, brevissimo maledicto poena mortis erat. Grassatorum insuper omnia plena; nec

§. 135.

Pius III. (22. Sept. — 18. Oct. 1503). Julius II. (31. Oct. 1503 — 21. Febr. 1513). Leo X. (11. März 1513 — 1. Dec. 1521).

Paris de Grassis (s. 1504 Magister ceremoniarum, s. 1513 Bisch. v. Pesaro † 1528) *Diarium curiae Romanae* v. 1504—1522. (Excerpta aus demselben b. *Raynald.* u. *Roscoe*; f. d. J. 1517 in *Mabillon Museum Ital. II. p.* 587; f. 1518 — 1522 in *Hofmanni nova Scriptorum ac Monument. collectio. T. I. p.* 395 *ss.* Beschreibung des Ganzen in *Notices et extraits des Mss. de la Bibl. du Roi. T. II. p.* 546 *ss.* Vollständige Mss. sind auch in Wolfenbüttel u. München, s. Sophronizon VI, 1. S. 3 ff.).

The life and Pontificate of Leo the tenth by *Will. Roscoe.* 4 voll. Liverpool 1805 ss. gr. 4. aus dem Engl. von Glaser mit Anm. von Henke 3 Bde. Leipz. 1806—1808. 8.

noctu tutum per urbem iter, nec interdiu extra urbem. Roma, gentium refugium, et arx populorum omnibus saeculis, nobilis jam carnificina facta erat. Quae quidem omnia suorum causa, quibus omnia indulserat, permittebat. Ipse quoque Caesar, dum haec ei licuere, ea fuit indole, ut si ab initio in bonos incidisset vitae monstratores, perpetuam sibi reique Romanae gloriam peperisset: nam et in ea adolescentia, quantum perspicere potuimus, nec deliberanti consilium, nec ductanti exercitum majorum disciplina, neque sermonem habenti facundia defuere: eaque demum a natura liberalitate, ut patris avaritiam saepe palam detestaretur: a justitia quoque, uti videbatur, minime abhorrens; quin in Aemilia jam adepta summa aequitate populos regebat, ac judicem gravissimum Antonium Montanum juri dicundo praeposuit, tanta subditorum probatione, ut illi vel defuncto Alexandro, quod minime putabatur, in officio persisterent. Verum ut sterile solum et intemperies coeli bona frugum semina praecipitant, sic et hunc prava institutio, ac proximorum libido a recta virtutis semita detorserunt, ex quo seque ac omnem Italiam variis calamitatibus involvit.

Gleich nach Alexanders Tode zerfiel Cäsar Borgia's neugeschaffener Staat wieder: die einzelnen Theile unterwarfen sich theils von neuem den alten vertriebenen Herren, theils dem Papste: während dieser Verwirrung fingen aber die Venetianer an, in der Romagna Eroberungen zu machen [a]). Der kriegerische Julius II. wollte alles der päpstlichen Herrschaft wieder unterwerfen. Zuerst entriß er Perugia und Bologna ihren Herren (1506). Da das mächtige Venedig seine Eroberungen nicht herausgeben wollte, so entschloß er sich endlich, obwohl ungern, ausländische Hülfe zu benutzen, trat der zwischen Frankreich und dem Kaiser d. 10. Dec. 1508 geschlossenen Ligue von Cambray bei [b]), und half mit geistlichen und weltli-

a) Ranke's Gesch. der romanischen u. germ. Völker v. 1494—1535. Bd. 1. S. 216. 221 ff. Leo's Gesch. d. ital. Staaten. Th. 5. S. 168 ff.

hatte, völlig wieder besiegt zu haben: und gerade jetzt war es seinem tiefsten Falle nahe.

Dennoch bestand der König auf seinem Verlangen, und wurde immer heftiger und drohender. Das Parlament appellirte den 19. März 1518 (s. *Relation* d. Münch Th. I. S. 267) au Pape mieux conseillé, et au premier concile général légitiment assemblé: u. als der König dennoch das Concordat im Parlamente den 22. März publiciren ließ, so wiederholte dasselbe den 24. März diese Appellation (s. den Anhang zu der *Relation* von diesem Tage, der bei Münch fehlt, in der latein. Uebersetzung bei *Richer*). Diesem Beispiele folgte die Universität Paris den 27. März 1518 (stylo gall. 1517) und appellirte ebenfalls a Domino nostro Papa non recte consulto, et jam dicti sacri Basileensis Concilii et ei adhaerentis pragmaticae sanctionis statutorum abrogatione, novorum statutorum editione, consensus praestatione, et attentata illorum quadam publicatione, et omnibus inde sequutis et sequuturis — ad futurum Concilium legitime ac in loco tuto [congregatum], et quod libere et cum securitate — adire poterimus, et ad illum vel ad illos, ad quem seu ad quos de jure — vel alias nobis provocare et appellare licet. (Der Text dieser Appellation in *Leibnitii Mantissa T. II. p.* 358 *ss.* und daraus bei Münch Th. 1. S. 307 ist fehlerhaft und in vielen Stellen unverständlich: einen reineren Text s. in *Richerii hist. Concill. lib. IV. P. II. c.* 4. §. 14., und in den *Preuves des Libertez de l'église gallicane. chap. XIII. no.* 18.). Beide Appellationen mußten zwar der königl. Gewalt weichen: indeß die Stimmung gegen die Concordate dauerte noch lange fort. So sagt *Gilbertus Genebrardus* (Prof. der hebr. Sprache in Paris, s. 1593 Erzb. v. Aix † 1597) *Chronographia Paris* 1580. *fol. ad ann.* 1515 von Leo X.: Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata quae vocantur cum Rege Francisco agitans de nominatione Episcoporum et Abbatum, specioso praetextu, ut Rex propter electionem abusus — nominare teneretur: revera autem ageretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ecclesiam Gallicanam cernimus, und weiter unten: Anno 1516 abrogata est in Galliis pragmatica sanctio, et Concordata, ut vocant, substituuntur, fremente universo clero, scholasticis,

§. 136.

Ueber die Stellung des Papstthums im Allgemeinen.

Durch die reformatorischen Concilien zu Costnitz und Basel gelangte der bis dahin geltenden Lehre von einer absoluten Monarchie des Papstes gegenüber, auch die andere das Papstthum durch die kirchliche Aristocratie beschränkende Theorie, welche sich schon früher in Frankreich ausgebildet hatte, zu einer kirchlichen Geltung a). Der Streit zwischen diesen beiden

populo, bonis denique et doctis omnibus. Derselbe schrieb auch noch *De sacrarum electionum jure et necessitate ad Ecclesiae Gallicanae redintegrationem*, welches Buch aber zum Feuer verurtheilt wurde.

a) Ueber die verschiedenen Theorieen dieser Zeit s. *Gerson de potest. ecclesiastica* (in Costnitz während des Concils geschrieben) *consid. XII.* (*Opp. ed. du Pin II. p.* 246): Potestas ecclesiastica papalis non ita habet dominia et jura terreni simul et coelestis imperii, quod possit ad libitum suum de bonis Clericorum et multo minus laicorum disponere; quamvis concedi debeat, quod habet in eis dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, et ordinativum. Declarationem hujus considerationis, quam discretio moderatrix atque mediatrix ponit inter errores oppositos, dum facere meditarer, occurrere visa est protinus in ipso meditationis meae secreto duplex improba pestis. Nomen unius Detractio livida, nomen alterius Adulatio subdola: prima potestatem ecclesiasticam deprimens subjiciebat temporali; altera sustollebat in immensum, velut ad similitudinem Altissimi, confundens jura cujuslibet alterius potestatis. Tolle, tolle, clamat Detractio, temporalitatem omnem, jus vel dominium ab Ecclesiasticis. Quare? quia sic instituit Christus, cujus ista vox est: *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* 14, 33.). — Addit Detractio, quod Ecclesiastici nequaquam capaces sunt jurisdictionis temporalis, etiamsi Principes illis conferre voluerint. Inducit Apostolum, quia *Nemo militans Deo implicat se negotiis saeculari-*

Systemen dauerte von jetzt an unaufhörlich fort: allgemeine Concilien erhoben sich gegen allgemeine Concilien, Schriftsteller

bus (2. *Tim.* 2, 2.). Addit Detractio, nihil habere Ecclesiasticos, neque decimas neque oblationes, quantominus alias dotationes vel possessiones, nisi ex pura eleemosyna donantium: et quod ab Ecclesiasticis peccantibus, saltem habitualiter, possent per saecularem potestatem optimo jure tolli; quia data est potestas haec saecularis in vindictam malefactorum, *neque sine causa gladium portat* (*Rom.* 13, 4.). Addit quarto innitens Apostoli verbis: *habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus* (1. *Tim.* 6, 8.), quia quicquid habent Ecclesiastici ultra simplicem victum et vestitum, totum illud est pauperum, cujus retentio nedum furtum vel rapina simplex est, sed sacrilegium. — Vult tandem Detractio Ecclesiasticos omnes ad illam Apostolorum et discipulorum primam paupertatem sine equis, sine thesauris, sine calceamentis, sine possessionibus de necessitate salutis redigere, execrans in Ecclesiasticis pompam omnem. — Consurgit ex adverso blandiens et subdola Adulatio, et ad aures Ecclesiasticorum, praecipue summi Pontificis, insusurrans: o quanta est, quanta sublimitas ecclesiasticae potestatis tuae! o sacer Clerc, quam nihil est saecularis auctoritas tuae comparata! Quoniam, sicut Christo collata est omnis potestas in coelo et in terra, sic eam Christus omnem Petro suisque successoribus dereliquit. Unde et nec Constantinus quidquam Sylvestro Papae contulit, quod non esset prius suum, sed reddidit injuste detentum. Porro sicut *non est potestas nisi a Deo* (*Rom.* 13, 1.), sic nec aliqua temporalis vel ecclesiastica, imperialis vel regalis, nisi a Papa, in cujus femore scripsit Christus: *Rex Regum, Dominus Dominantium* (1. *Tim.* 6, 15.). De cujus potestate disputare instar sacrilegii est: cui neque quisquam dicere potest: cur ita facis? si etiam temporalia omnia, si ecclesiastica bona atque dominia mutaverit, diripuerit, distraxerit. Mentior, si non inveniuntur haec scripta, ab illis etiam, qui sapientes sunt in oculis suis; si praeterea non inveniuntur fuisse per aliquos summos Pontifices haec credita. Notum est illud Satyrici: *Nihil est*

gegen Schriftsteller. Wie die Concilien von Costnitz und Basel die Grundsätze der liberalen Theorie aussprachen, so mach-

quod credere de se non possit cum laudatur diis aequa potestas; et illud Comici de adulatore: *hic profecto ex stultis insanos facit.* Sentiens autem Adulatio quandoque nimis se cognosci, studet quasi modestiori sermone depressius uti, ut credibilior appareat. Concedit saeculari potestati possessiones et jurisdictiones proprias, quas tollere nequit pro libito Papa; recognoscit, Constantinum, vel alios Principes aliquid Ecclesiae noviter contulisse: nihilominus tradit, quod summus Pontifex supremus est Monarcha, nedum in spiritualibus, sed temporalibus, habens potestatem hanc immediate a Christo, sed alii Reges omnes et Principes suam recipiunt dominationem ab eo, et solum mediate a Deo. Alioquin, ait, monstruosus esset hic mundus, si haberet tot capita, quae non sub unico regerentur, rediretque Manichaei deliramentum, ponentis duo principia, unum bonorum et spiritualium, aliud malorum et temporalium. Unde et sicut corpus est propter animam, et ab anima vivit et regitur; sic potestas saecularis propter spiritualem, a qua recipit suum esse legitimum. Quam auctoritatem spiritualem qui negant vel impugnant, sint intus, sint foris Ecclesiam, possunt gladio, vel spirituali excommunicationis, sicut Catholici, vel debellationis, sicut infideles, feriri, et eorum dominia vel bona in alios transferri. — Rursus animadvertens Adulatio, durum esse multis hunc sermonem, et ideo minus credibilem, studet loqui restrictius, concedens, quod, sicut ante Petrum fuerunt apud infideles vera dominia, quemadmodum irrefragabilis auctoritas sacrae Scripturae et evangelicae narrationis testis est, sic non oportet nunc post Petrum, ut omnis potestas imperialis, regalis, vel altera saecularis sit immediate robur habens a summo Pontifice, sicut Rex Francorum Christianissimus superiorem hoc modo non habet, nec recognoscit in terris. Idcirco transfert verbum suum Adulatio loqui de dignitatibus, officiis, et bonis Ecclesiasticorum, quae omnia sic subjicit summo Pontifici, ut quidquid circa ea placuerit disponere mutando, transferendo, appropriando,

ten das Concilium von Florenz b) und das fünfte Lateranische das Papalsystem geltend. Unter den schriftstellerischen Fehden über diesen Gegenstand ist die zwischen dem Dominicaner Tho-

hoc possit, hoc teneat, et ratum sit, licet hoc sine causa, licet cum peccato suo peregerit: quamvis peccatum circa hoc vult Adulatio longe a Papa sic facere, ut eum simoniam posse neget committere, quoniam sua sunt omnia ecclesiastica bona, concedit insuper quod super jus est, potens ab altero jus suum tollere; et quod nec ab eo appellari, neque eum judicialiter evocari, nec obedientiam ab eo subtrahi, praesertim extra casum haeresis, sit aliquatenus possibile. Hic solus symbolum fidei condere, hic solus causas ejusdem fidei, et majores caeteras tractare potest; solus, ut jam tactum est, definitiones, regulas, leges et canones condit: alioquin quidquid per alios definitur, decernitur, conditur, statuitur, irritum est et inane; nec aliquid ex eis quae statuerit potest, nisi per ipsum, quomodolibet cassari vel infringi: ipsum vero aliena qualiscumque constitutio ligat nulla. Fallor, si non ante celebrationem hujus sacrosanctae Constantiensis Synodi sic occupaverat mentes plurimorum, literalium magis quam literatorum, ista traditio, ut oppositorum dogmatizator fuisset de haeretica pravitate vel notatus, vel damnatus. Hujus rei signum accipe, quia post declarationem ex theologiae principiis luce clariorem, et quod urgentius est, post determinationem et practicationem ejusdem sanctae Synodi inveniuntur, qui talia palam asserere non paveant: tam radicatum, et ut cancer serpens tam medullitus imbibitum fuit hoc priscae adulationis virus letiferum.

b) In der *Definitio s. oecumenicae Synodi Florentiae* (*Labbei et Cossartii Concilia. T. XIII. p.* 515) heißt es: Item diffinimus, — ipsum Pontificem Romanum successorem esse b. Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in b. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.

mas de Vio Cajetanus und dem Doctor der Sorbonne Jacobus Almainus am Ende dieser Periode die merkwürdigste c). Die Hauptsätze des neu entstandenen monarchisch-aristocratischen Systems sind, daß die weltliche Macht von der geistlichen unabhängig sey d), daß die höchste und gesetzgebende Gewalt in der Kirche allein den allgemeinen Concilien zukomme e), denen die meisten Theologen dieser Parthey zugleich

c) Cajetanus schrieb 1511 zur Bestreitung der Synode v. Pisa s. *tract. de comparatione auctoritatis Papae et Concilii* (u. a. in *Rocaberti biblioth. max. Pontificia. T. XIX. p.* 443), in welchem er auf die schroffeste Weise das Papalsystem vertheidigte. Die Synode v. Pisa schickte denselben mit einem Schreiben dd. 10. Jan. 1512 (s. in *Richerii hist. concill. lib. IV. P. I. c.* 2. §. 9.) an die Universität Paris, mit der Aufforderung, ihn zu widerlegen. So veranlaßt schrieb *Jac. Almainus tract. de auctoritate Ecclesiae et Conciliorum generalium* (in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 976) im Juni 1512. Cajetanus schrieb dagegen *de comparata auctoritate Papae et Concilii Apologiae Partes II.* (b. *Rocaberti XIX. p.* 493), und später i. J. 1521 *de Romani Pontificis institutione et auctoritate* (*l. c. p.* 526). Almainus wurde durch seinen Tod († 1513) verhindert zu antworten. Gegen Cajetanus stritt auch gleichzeitig der Doctor der Sorbonne *Johannes Major*, ein Schotte, in mehreren in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 1121 *ss.* abgedruckten Schriften.

d) s. *Nicolai Cusani de concord. cathol.* (s. §. 132. not. m) *lib. III.* in *Schardii Syntagma tractatuum p.* 356 *ss. Joannes Major comm. in Sentent. lib. IV. dist.* 24. (abgedruckt in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 1121), und *Scholia in Evang. Matthaei cap.* 16. geschr. i. J. 1518 (unter dem Titel: *disp. de potestate Papae in rebus temporalibus.* ibid. p. 1145). *Jac. Almaini Expositio circa decisiones M. Guil. Occam super potestate summi Pontificis* (*Gersonii Opp. II. p.* 1013).

e) *Gerson de potest. eccl. consid. XI.* (*Opp. II. p.* 243): Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in Ecclesia, sicut in fine, et sicut in regulante applicationem et usum hujusmodi plenitudinis ecclesiasticae potestatis per se ipsam, vel per gene-

rale Concilium, ipsam sufficienter et legitime repraesentans. Constat itaque, datam fuisse Petro plenitudinem ecclesiasticae potestatis a Christo ad aedificationem Ecclesiae suae, sicut conformiter ad Apostolum ponit descriptio. Propterea loquitur Augustinus cum aliis quibusdam, quod *claves Ecclesiae datae sunt non uni, sed unitati*, et quod *datae sunt Ecclesiae*. — Potest etiam dici in Ecclesia vel in Concilio haec plenitudo ecclesiasticae potestatis nedum in se formaliter, sed aliis duobus modis, videlicet quoad applicationem ad hanc vel illam personam, et quoad usum regulandum, si fortassis in abusum verti quereretur. — Cum igitur summus Pontifex habens eam subjective sit peccabilis, et possit hanc potestatem in destructionem Ecclesiae velle convertere; similiter sacrum Collegium, quod ei datum est et coassistit quasi communitas aristocratica, non est in gratia vel fide confirmatum: superest, ut aliqua sit relicta inobliquabilis et indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus hujusmodi potestatis reprimi, dirigi atque moderari. Haec autem regula est vel Ecclesia, vel generale Concilium. — Hic fundantur ea multa, quae per hoc sacrum Concilium (Constantiense) et constituta et practicata sunt: ut quod Papa judicari potest et deponi per Concilium etc. *Nicolaus Cusanus de concord. cathol. lib. II. c.* 34. b. *Schardius p.* 349: Si universalis catholica Ecclesia infallibiliter per Christi assistentiam dirigitur; tunc concurrente omnium Christianorum consensu ad quamcunque conclusionem necessitatem salutis includentem, necessario sequitur, illam christianam, fidelem et veram. Universale vero Concilium dictans talem conclusionem consensu et legatione omnium fidelium, necessario ex Christi assistentia et Spiritu Sancto inspirante vere et infallibiliter dictat eandem. — Omnes autem provinciales Synodos, ac etiam Romanos Pontifices hoc privilegium non attingit. *p.* 351: Nec fuit Petrus ex illo primatu Ecclesiae major: quoniam ipse ab Ecclesia et propter eam nominatur secundum Augustinum. — Quare illa Petri majoritas non fuit majoritas supra, sed infra Ecclesiam. Unde licet os sive caput esset Apostolorum ac Ecclesiae, — tamen nihilominus tanquam membrum subfuit. —

Unitas fidelium est illa, ad cujus servitium et observantiam praesidentia est super singulos. Hinc unitas fidelium, quam nos Ecclesiam dicimus, sive universale Concilium catholicae Ecclesiae ipsam repraesentans est supra suum ministrum ac singulorum praesidem. *Andrea, Episc. Megarensis Gubernac. Concill.* (s. §. 132. not. t) in *v. d. Hardt Conc. Const. VI, IV. p.* 147: haec plenitudo potestatis papalis non fuit data Petro, ut Petro, sed fuit data universali Ecclesiae. p. 162: quando Petrus claves accepit, has potius tota Ecclesia suppositaliter accepit in ipso Petro, sive per ipsum Petrum, et ipse Petrus claves accepit in typo, mystice; et ministerialiter ab ipsa Ecclesia universali. Claves enim, quas Ecclesia non poterat per omnes exercere universaliter, voluit quod exequerentur per Petrum et ejus successores particulariter. p. 158: potestas universalis Ecclesiae seu Synodi generalis convocatae canonice est major, quam potestas Papae: — quia potestas Concilii est a Deo, Christo Jesu immediate, duntaxat; et potestas Papae est a Christo et Conciliis. *Alphonsus Tostatus* (Lehrer in Salamanca, dann Episc. Abulensis u. Rath des Königs † 1454) *comm. in Numer. c.* 15. *quaest.* 48.: Claves Ecclesiae datae sunt a Christo toti Ecclesiae: quia tamen non poterat tota Ecclesia dispensare illas, cum non esset aliqua persona, tradidit eas Petro nomine Ecclesiae. Si tamen intelligeretur, claves traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretur inconveniens commune, quod alii Apostoli non habuissent aliquam auctoritatem clavium, quod falsum est, quia illis data est potestas remittendi peccata, ut patet *Joannis* 20. *cap.* scil. *accipite Spiritum Sanctum*, et *quorum remiseritis peccata, remissa erunt, et quorum retinueritis, retenta erunt:* ista tamen est sola potestas clavis: ergo alii Apostoli susceperunt claves. Sed aliud inconveniens majus erat, scil. quod defuncto Petro non mansissent claves, quod necesse erat, si soli Petro datae fuissent, et non solum si ipsi soli, sed etiam si omnibus Apostolis datae fuissent claves specialiter tanquam determinatis personis, defunctis illis non mansissent claves in Ecclesia, quia isti non habebant potestatem dandi aliis claves, faciendo eos successores suos, cum nemo posset Praelatum successorem sibi facere. Et tamen omnes

successores b. Petri et aliorum Episcoporum habent claves, sicut habuit Petrus et alii Apostoli: ergo non fuerunt datae claves illis tanquam determinatis personis, sed tanquam ministris Ecclesiae, et tunc magis dabantur claves Ecclesiae, cum Ecclesia, quae habet ipsas radicaliter, nunquam moriatur. *Quaest.* 49.: Ecclesia suscepit claves a Christo, et Apostoli tanquam ministri Ecclesiae; et nunc Ecclesia illas habet, et Praelati etiam, sed aliter Ecclesia quam Praelati: nam Ecclesia habet secundum originem et virtutem, Praelati autem habent secundum usum earum. Dicitur Ecclesia habere secundum virtutem claves, quia potest illas conferre Praelato per electionem: — Ecclesia autem a nullo suscipit, postquam semel a Christo suscepit, ideo illas per originem et virtutem habet. *Praef. ad Evang. b. Matthaei* in Beziehung auf das Concilium der Apostel: Hoc factum est Spiritu S. dictante, ut recognosceretur per hoc auctoritas et potestas Concilii generalis, qua nulla est major super terram, et non potest errare in pertinentibus ad fidem, nec errat in pertinentibus ad mores. Quilibet autem homo, quantumcunque sanctus et quantaecunque potestatis potest errare in fide et effici haereticus. Sicut de multis summis Pontificibus legimus, ut de Liberio, de Joanne XXII., et aliis quibusdam. *Dionysius Carthusianus* (eig. de Leewis aus Ryckel, Carthäuser in Ruremonde † 1471) *de auctoritate Papae et Concilii lib. I. art.* 31.: Concilium generale nonnisi propter causas singulariter magnas et arduas, utpута quae aliter congrue expediri non queunt, congregandum celebrandumque esse omnes fatentur. Porro hae causae sunt extirpatio haereticae pravitatis ac schismatis, declaratio fidei atque editio symboli ejus, universalis reformatio Ecclesiae in capite et in membris. Itaque in expeditione istorum major dicitur potestas Concilii generalis quam Papae, quoniam Christus promisit Ecclesiae seu Concilio ipsam repraesentanti infallibilem directionem et gloriosam assistentiam incessantem; ita quod errare non potest in fide, neque in his, quae ad bonos pertinent mores, eo quod in talium determinatione regatur immediate a Spiritu Sancto. Unde et Papa in talibus tenetur stare determinationi Ecclesiae, seu statuto Concilii, tan-

Infallibilität beilegten f), daß der Papst denselben unterge-

quam ordinationi et sententiae Spiritus Sancti. Cumque Papa possit errare in fide et moribus et caeteris, quae sunt de necessitate salutis; ejus judicio non videtur ultimate et certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, neque indeviabile fundamentum. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Concill. generall. c. 7 ss.* (*Opp. Gersonii II. p.* 989 *ss.*).

f) Die Unfehlbarkeit allgemeiner Concilien kommt vor dem Concilio zu Costnitz nur als bestrittene Schulmeynung vor, und wurde daher auf dem Concilio selbst ohne allen Anstoß von *Petrus de Alliaco* geläugnet, s. oben §. 131. not. d. Seit dem Concilio von Costnitz bildete sich diese Lehre aus, s. (Blau's) krit. Gesch. der kirchl. Unfehlbarkeit, Frankf. a. M. 1791. S. 240 ff. und wird von Johann Gerson, Alphonsus Tostatus, Dionysius Carthusianus, Nicolaus Cusanus entschieden behauptet. Andere legten indeß zwar der allgemeinen Kirche, nicht aber den allgemeinen Concilien Irrthumslosigkeit im Glauben bei; so *Joannes Breviscoxa* (Doctor Paris. s. 1420 Bisch. v. Paris, s. 1422 Bisch. v. Genf) *tract. de fide, Ecclesia, Romano Pontifice et Concilio. Art.* 3. in *Gersonii Opp. ed. du Pin I. p.* 898; *Thomas Netterus Waldensis* (Carmeliterprovincial in England † 1430) *doctrinale antiquitatum fidei cathol. adv. Wiclevitas et Hussitas.* T. I. lib. II. c. 19. 27.; *Nicolaus de Tudesco, Archiep. Panormitanus* (berühmt als Mitglied des Baselschen Concils, und als Canonist, unter den Nahmen Abbas od. Panormitanus) *comm. in Decretal. lib.* 1. *Tit.* 6. c. 4.; *Antoninus Archiep. Florentinus Summa theol. P. III. Tit.* 23. c. 2. §. 6. s. Blau a. a. O. S. 241 ff. Allmählig wurde aber die Lehre von der Infallibilität der allgemeinen Concilien unter den liberaleren Theologen als Gegensatz zu der curialistischen Meinung von der Infallibilität des Papstes allgemein herrschend. S. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Conc. gen.* c. 10. (*Gersonii opp. II. p.* 1001): Papa potest errare errore judiciali, de errore personali omnibus notum est. Probatur ista propositio: duo summi Pontifices determinaverunt contraria, etiam in his, quae fidem tangunt, ergo alter eorum erravit errore judiciali. Antecedens patet de Joanne XXII. et Nicolao,

ordnet, nur ein caput ministeriale Ecclesiae, und nicht berechtigt sey, der Kirche Gesetze zu geben g), und daß von dem

quorum unus determinavit judicialiter, Christum et Apostolos nihil habuisse in communi, nec in proprio; alter oppositum, ut videre est in eorum extravagantibus. Secundo Innocentius III. et Caelestinus determinaverunt contraria super ista propositione: uno conjugum ad haeresim transeunte, alter qui remanet in fide potest ad secunda vota transire. Determinatio Innocentii III., quod non potest, ponitur in cap. *Quanto*, *De divortiis*. Determinatio Caelestini, ut dicit Glossa in eodem Cap. olim ponebatur in Decretalibus *de conversione conjugatorum* in fine. Tertio, aliqui statuerunt contra Evangelium, ut Pelagius, qui fecit constitutionem, quod omnes Subdiaconi Siciliae a suis uxoribus abstinerent, quas in minoribus Ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam (quia erat iniqua et contra Evangelium) retractavit Gregorius I., ejus successor, ut patet 31. Dist. Can. *Ante triennium*, in textu et in glossa. — Ex his satis patet, quod summus Pontifex potest errare, sententiando in materia fidei. — Sequitur secundo, quod ultima resolutio in his quae fidei sunt, non spectat ad summum Pontificem. — Concilium universale in his quae fidei sunt errare non potest, et sic ad ipsum ultima fidei decisio spectat.

g) s. not. e. *Gerson de modis uniendi ac reformandi Ecclesiam in Conc. univ.* c. 2. s. §. 131. not. a. *Responsio synodalis Conc. Basil. ann.* 1432. (s. §. 132. not. o) b. *Mansi XXIX. p.* 249: Etsi sit *caput ministeriale Ecclesiae*, non tamen est major tota Ecclesia. Ueber die Verbindlichkeit der päpstl. Verordnungen s. *Gerson de potest. eccl. consid. IV.* (*Opp. II. p.* 232): Ecclesia potest condere leges obligantes, et regulantes etiam ipsum Papam, tam quoad personam, quam respectu usus potestatis. Non sic e contra potest Papa judicare totam Ecclesiam, vel usum suae potestatis limitare: immo si Papa condat leges et canones, videtur observandum illud quod dicit Augustinus: *leges instituuntur cum promulgantur*, *firmantur autem cum moribus utentium approbantur*. Hoc enim dicitur ad reprimendam praesumptionem quorundam summorum Pontificum

Päpste an ein allgemeines Concilium appellirt werden könne h), daß die bischöfliche Gewalt endlich nicht auf der päpstlichen ruhe, sondern mit derselben gleiche Grundlage habe i). Ob=

vel eis adulantium etc. *Nicolaus Cusanus de concord. cath. lib. II. c.* 9.: Ecclesiastici canones non possunt nisi per ecclesiasticam congregationem, quae Synodus vel coetus dicitur, statui. Et ideo nisi, quicunque ille fuerit, aut Papa, aut Patriarcha, decreta secundum canones ecclesiasticos promulgaverit, non possunt illa statuta, canones, sive ecclesiastica statuta vocari; et nihil habent firmitatis, cujuscunque particularis statuta, nisi in quantum per acceptationem et usum seu consensum confirmentur, seu canonibus consentiant. *Almainus de auct. Eccl. et Conc. gen.* c. 12. (*Gersonii opp. II. p.* 1008): Summus Pontifex non solum deponi potest ab Ecclesia seu Concilio pro haeresi, verum etiam et pro alio crimine notorio Ecclesiam scandalizante.

h) Dieß war einer der Puncte, die am lautesten und häufigsten zwischen beiden Partheyen zur Sprache kamen. Schon Martin V. hatte in Costnitz solche Appellationen verdammt, und dadurch Gerson zur Vertheidigung derselben veranlaßt, s. §. 131. not. x. Pius II. verdammte dieselben von neuem, s. §. 133. not. aa, fand aber ebenfalls großen Widerspruch, namentlich bei Gregorius v. Heimburg s. ibid. not. dd.

i) *Gerson de potest. eccl. Epilogi Conclus.* 2. (*Opp. II. p.* 256): Nec tamen plenitudo potestatis papalis sic intelligenda est immediate super omnes Christianos, quod pro libito possit immediate jurisdictionem in omnes per se vel alios extraordinarios passim exercere: sic enim praejudicaret Ordinariis, qui jus habent immediatius, immo immediatissimum super plebes eis commissas, actus hierarchicos exercendi. Extenditur igitur plenitudo potestatis Papae super omnes inferiores solum dum subest necessitas ex defectu Ordinariorum inferiorum, vel dum apparet evidens utilitas Ecclesiae. *Nicol. Cusanus de concord. cath. lib. II. c.* 13.: Pro investigando veritatem illius, an scilicet de jure positivo omnes Praelati inferiores Papa derivative, scil. ab ipso Papa, jurisdictionem habeant; — oportet primo, si hoc verum foret,

gleich die Vertheidigungsgründe für diese Theorie vornämlich aus den ältern Kirchengesetzen, welche sich in den geltenden

Petrum aliquid a Christo singularitatis recepisse, et Papam in hoc successorem esse. Sed scimus, quod Petrus nihil plus potestatis a Christo recepit aliis Apostolis. — Nihil enim dictum est ad Petrum, quod etiam aliis dictum non sit. — Ideo recte dicimus, omnes Apostolos in potestate cum Petro aequales. — Unde cum potestas ligandi et solvendi, in qua fundatur omnis ecclesiastica jurisdictio, sit immediate a Christo; — et quia ab illa potestate ligandi et solvendi est divinae jurisdictionis potestas; patet, omnes Episcopos, et forte etiam Presbyteros aequalis potestatis esse quoad jurisdictionem, licet non exequutionis. Quod quidem exercitium exequutivum sub certis positivis terminis clauditur et restringitur propter melius et causam cum majori parte perducendi omnes homines ad finem suum, scil. Deum: ob quem finem finaliter omnis potestas, et jurisdictio, et statuta humana per media proportionata tempori et loco tendere debent. Unde cessante causa statuti illius, — puta vel ob negligentiam inferiorum, vel necessitatem, tunc cessant illa positiva jura. — Quare dicimus, — quod omnes Episcopi unius sunt potestatis et dignitatis; quae supra sunt, scil. Archiepiscopalis, Patriarchalis, et Papalis sunt administrationes. — Quare hoc solum singularitatis in Petro inveniemus, quod ipse fuit major in administratione, ad quam volentibus Apostolis a Christo est electus, quia senior. — Sicut principatus Petri a legatione Christi dependebat, ita et omnium Episcoporum; — quare qui eos audit, Christum audit. — Apostolicum praeceptum habent omnes Episcopi regendi se et gregem. — Si dicis, Papam subditos Episcoporum absolvere et ligare, dico idem in aliis, quando consensus propriorum intervenit. Actus enim, aliter nullus, per consensum aut gratificationem proprii sacerdotis in hac materia validus efficitur. — Cum ergo usu communi sit hoc introductum, et ex usu consensus elicitur, patet quod efficacia hujus vigorem ex consensu recipit. — Igitur non legitur, antiquos Romanos Pontifices se de his intromisisse,

Gesetzessammlungen noch erhalten hatten, geschöpft wurden, die Erwägung dieser aber leicht zu einer umfassenderen historischen Forschung hätte führen können; so blieben doch die Vertheidiger fast ausschließlich auf dem dogmatisch-scholastischen Standpuncte stehen. Allerdings gelangten Einzelne mit Hülfe der jetzt wieder auflebenden Alterthumswissenschaften zu tieferen historischen Blicken: der Betrug des Pseudoisidorus, und die Unächtheit der Schenkung Constantins wurden von Mehreren erkannt, und die letztere von Laurentius Valla laut ausgesprochen k): indeß wurden doch diese Entdeckungen weder Gemeingut, noch wurden sie von den liberalen Canonisten zu ihrem Vortheile benutzt, und so wurde die dem Papstthume gefährlichste Waffe der Geschichte noch nicht mit Nachdruck gegen dasselbe gerichtet.

Diesem neuen monarchisch-aristocratischen Systeme, welches besonders in Frankreich ausgebildet, und als die Grundlage aller Kirchenfreiheit betrachtet und vertheidigt wurde, gegenüber fand das alte Papalsystem unter der Begünstigung der Päpste, in der großen Anzahl derer, welche theils durch Gnadenerweisungen, theils durch Hoffnungen an die Curie gefesselt

et talia confessionalia et alia consimilia concessisse, et forte non fuisset permissum. Unde si Concilium Africanum, cui se subscripsit s. Augustinus, non admisit appellationem a Synodo a Papam (s. Bd. 1. §. 92. not. ccc), — quomodo tunc admisissent ista, et ea quae hodie exorbitanter fiunt? Sed quia consensus ex usu longaevo hoc nunc introduxit, valida illa sunt quoad animarum salutem, quam diu patiuntur: tolli autem possent per Concilium, et hoc reformatio deposcit. — Et dum hanc partem defendimus, quod Papa non est universalis Episcopus, sed super alios primus, et sacrorum Conciliorum non in Papa, sed in consensu omnium vigorem fundamus: tunc quia veritatem defendimus, et unicuique suum honorem reservamus, recte Papam honoramus.

k) s. Abth. 1. §. 20. not. r und v.

waren l), vorzugsweise in Italien, nicht minder entschiedene Vertheidiger, welche durch den Widerspruch gereizt dasselbe auf die schroffeste Weise, und ohne die abgeschmacktesten Folgesätze zu scheuen, aussprachen m). Nach ihnen war die päpst-

l) *Thomas de Corsellis* sagt in seiner auf dem Concilio zu Basel gehaltenen Rede (*Aen. Sylvius de Conc. Basil. lib. I. ed. Cattopoli* 1667. *p.* 19): Sunt aliqui, sive avidi gloriae, sive quod adulando praemia exspectant, qui peregrinas quasdam et omnino novas praedicare doctrinas coeperunt, ipsumque summum Pontificem ex jurisdictione sacri Concilii demere non verentur. Excoecavit namque illos ambitio, a qua non solum hoc modernum, sed omnia usque in hanc diem schismata suborta reperiuntur. — Alius clamat, subditorum facta judicari a Papa, Romanum vero Pontificem solius Dei reservari arbitrio. Alius dicit, quia primam sedem nemo judicabit. — Alius vero asserere non veretur, Romanum Pontificem, quamvis animas catervatim secum ad inferos trahat, nullius reprehensioni fore subjectum. Nec considerant miseri, quia quae praedicant tantopere verba aut ipsorum summorum Pontificum sunt, suas fimbrias extendentium, aut illorum, qui eis adulabantur. *Jacobi de Paradiso* (Carthäuser und Doctor der Theol. in Erfurt) *collectum de septem statibus Ecclesiae in Apocalypsi mystice descriptis* (geschr. 1449) in *Walchii monim. medii aevi vol. II. fasc.* 2. *p.* 43 *s.* unten not. ff. *Joannes Major* (s. not. b) *comm. in Matth. c.* 18. in *Gersonii Opp. II. p.* 1144: Quod vero plures Pontificem extollant quam Concilium, non miraberis. Concilium raro congregatur, nec dat dignitates ecclesiasticas, Papa dat eas: hinc homines ei blandiuntur, dicentes, quod solus potest omnia quadrare rotunda, et rotundare quadrata, tam in spiritualibus quam in temporalibus.

m) Im 15. Jahrh. nimmt unter ihnen die erste Stelle ein *Joannes de Turrecremata*, Dominicaner, Magister s. Palatii, als päpstl. Gesandter zu dem Concilio zu Basel geschickt, auf dem Concilio zu Florenz sehr thätig, seit 1439 Cardinal † 1468. Zur Bestreitung des Concils v. Basel schrieb er s. *Summa de Ecclesia et ejus*

liche Gewalt über alle andere irdische Macht unendlich weit erhaben n): der Papst war sowohl Herr über alle Für-

auctoritate libb. IV. (Lugd. 1496. Venet. 1561), von welcher *lib. II. de potestate Papali*, u. *lib. III. de Conciliis* in *Rocaberti biblioth. max. pontificia T. XIII. p.* 281 aufgenommen sind, wo sich auch p. 575 *ejusd. de summi Pontificis et generalis Concilii potestate, ad Basileensium Oratorem in Florentina Synodo responsio, viva voce exhibita* findet. Ueber Cajetanus s. oben not. e.

n) *Jo. de Turrecremata lib. II. c.* 52. giebt an, worin sich die plenitudo potestatis Romani Pontificis zeige. Näml. primo ostenditur ex his, ex quibus excellentia papalis dignitatis sive principatus nobis figuraliter describitur. — Secundo ostenditur — in extensione principatus sui: extenditur enim in totum orbem terrarum, nullus enim fidelis in toto orbe christiano eximitur ab ejus principatu. — Tertio — ostenditur in potestate clavium in foro conscientiae. Extenditur enim potestas clavium in eo ad omnia loca, ad omnes personas, ad omnes casus. — Quarto — ostenditur in clavibus judiciariae potestatis in foro exteriori. Valet enim de omnibus personis orbis christiani, cujuscumque status aut conditionis existant, judicare: est enim judex totius Ecclesiae. — Cum enim Romanus Pontifex caput totius Christianae communitatis princeps existat; ejus non tantum est promovere ea et ordinare, quae ad bonum reipublicae, et consecutionem supernae beatitudinis, quae finis ultimus Christianorum est, conferunt, sed ea tollere et submovere prohibendo et corrigendo, quae ad motionem ad talem finem fideles impediunt. — Quinto plenitudo potestatis Romani Pontificis ostenditur in depositione Episcoporum. — Sexto — in hoc, quod ejus potestas a nulla potestate humana exceditur, vel superatur; sed ipsa omnem aliam excedit et superat. — 7. in hoc, quod non arctatur ejus potestas ad hoc, ut semper servato ordine inferiorum potestatum operetur, sed potest mediantibus illis, vel illis intermissis, immediate in quemcunque Christianum operari, ut immediatus ordinarius Pastor et Praelatus, quando viderit expedire. — 8. in exemptione inferiorum Praela-

torum a superiori. — 9. in hoc, quod non ligatur legibus a se factis, aut etiam sacrorum Conciliorum canonibus, sed potest ex plenitudine potestatis super jus et leges positas facere, et in canonibus Conciliorum juxta temporum opportunitatem aut locorum, et personarum conditiones dispensare. — 10. in dispensatione actionum humanarum, puta votorum et juramentorum. — 11. in administratione et dispensatione rerum ecclesiasticarum. Alii autem Praelati et Collegia habent potestatem coarctatam in administrando et dispensando res suas, et transferendo dominium ipsarum, obligando, et alienando, quia nonnisi ex certis causis et cum certis solemnitatibus jure possunt res Ecclesiae alienare: — Papa vero in istis solus sine consensu etiam cujuscumque, et sine solemnitatibus potest res quascumque cujuslibet Ecclesiae alienare, et alienando dominium transferre, dum tamen hoc faciat ex justa causa. — 12. in hoc, — quod quaedam sunt superiorum Ordinum, quae potest Papa committere inferioribus quibusdam: sicut Presbyteris concedit conferre minores Ordines, quod pertinet ad potestatem Episcopalem: — 13. in dispensatione thesauri Ecclesiae, quoniam ipse solus, utpote Christi principalis vicarius et dispensator, dat plenariam indulgentiam, et omni homini fideli de toto mundo. — 14. in hoc, quod dispositio totius ecclesiastici ordinis quoad dignitates ecclesiasticas, — et dispensatio beneficiorum, tanquam ad servum, quem constituit Dominus super familiam, ut det illis tritici mensuram, pertinent ad Romanum Pontificem. — 15. in canonizatione Sanctorum. *Rodericus Sancius Episc. Zamorensis et Referendarius P. Pauli II.*, *Speculum vitae humanae* (*Romae* 1468, öfter herausgegeben, u. a. *Argent.* 1507. *fol.*) *lib. II. c.* 1.: Summi Pontificatus excellentiam, dignitatem et auctoritatem, — illiusque necessitatem et utilitatem ostendere, hodie munus suscepi, grande quidem negotium, sed parvum ingenium. Cujus tanta est sublimitas et eminentia, tanta immensitas, ut nullus mortalium nedum comprehendere, aut satis exprimere, sed nec cogitare posset. Obtundit enim omnem humanum intellectum illius sacratissimi et omnium eminentissimi status majestas et excellentia, quia scriptum est: *scrutator majestatis opprimetur a*

sten o), als die Quelle und fortwährend der Inhaber aller bischöf=

gloria. Si — nihil in hoc saeculo excellentius — inveniri potest statu et dignitate simplicium sacerdotum, — quid cogitandum est de eo summo Pontifice, qui vices veri Dei gerit in terris? qui ad plenitudinem status, qui ad apostolicum thronum, qui ad culmen omnium dignitatum assumitur, ex qua certe, ut rivuli a fonte, rami ab arbore procedunt. Qui non ad humanum tantum principatum, sed ad divinum; non ad principandum solum mortalibus, nec modo hominibus, sed angelis; non ad judicandum vivos, sed mortuos; non in terra solum, sed in caelo; non ad praesidendum solis fidelibus, sed infidelibus: et (ut paucis agam) qui ad eam ipsam dignitatem, ad eandem jurisdictionem et coactionem, ac universalem toto orbe supremum principatum a summo Deo et ejus loco super cunctos mortales institutus et evectus est. De quo per Job scriptum est, quod coram eo curvantur, qui portant orbem, et Reges seculi atque tyranni ridiculum sunt, qui solus omnem potestatem ambit. Et, sicut Scriptura commemorat, unus est, et secundum non habet. — Cujus, teste propheta, suae sunt justitiae, potestas et imperium. Quem iterum David signat inquiens: dedit ei potestatem et regnum, et omnes populi et linguae servient ei etc.

o) Hier ist *Jo. de Turrecremata* etwas gemäßigter. Er bezeichnet II. c. 103. als zwei Extreme die Meinungen, quod Romanus Pontifex ratione sui principatus in solis spiritualibus consistat, ita quod nullo modo jure Papatus ad temporalia se extendat, und quod R. P. jure sui Principatus, sive Vicariatus Christi habeat in toto orbe terrarum plenam jurisdictionem, non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus, quod omnium Principum saecularium jurisdictionalis potestas a Papa in eos derivata sit. Er behauptet dagegen, quod spirituali potestati potestas saecularis in Papa conjungitur, qui utriusque potestatis apicem tenet, daß er aber nur insoweit jurisdictionem in temporalibus in toto orbe christiano habe, quantum necesse est pro bono spirituali conservando ipsius et aliorum, sive quantum Ecclesiae necessitas exigit, aut debitum pastoralis officii in correctione peccatorum exposcit. Sonach sey der

Papst also nicht orbis Dominus oder Rex aut Imperator orbis; es sey nicht so, ut quemadmodum omnes dignitates ecclesiasticae a sede Apostolica pendere dicuntur ab ea jurisdictionem sumentes, — ita principatus et jurisdictiones Regum et Principum saecularium dependent ab ea. Ferner nicht so, quod de feudis Principum saecularium, aut de possessionibus directe se intromittere aut judicare valeat regulariter; und quod a quocunque judice saeculari passim et regulariter ad eum possit appellari. Ferner Papa non habet potestatem, sive jurisdictionem in temporalibus, ut Reges in bonis temporalibus habent dominium, nec ita ut sit regulariter eorum dispensator: — non habet ita plenam jurisdictionem in temporalibus, sicut in spiritualibus, ita quod sicut deponere potest Praelatum ecclesiasticum, etiam sine culpa sua, ita possit deponere Principem saecularem, sive laicum. Dagegen *cap.* 114.: potestatis spiritualis, et maxime Papae, qui est universalis dux et rector populi Christiani, est dirigere et regulare, praecipere atque leges dare potestati saeculari, quibus in administratione sui officii dirigatur in finem ultimum felicitatis aeternae. Et secundum hoc Romanus Pontifex se habet ad Reges et Principes, tanquam architectonicus ad artifices: ille enim propter quid et regulas judicandi scit: isti autem, scil. artifices mechanici, tanquam experti in multis ipsum quia sciunt, propter quid autem ignorant: propter quod debet illis Papa leges dare, secundum quas debent jurisdictionem suam exequi, et populum regere in ordine ad beatitudinem supernaturalem. — Ex cura ergo pastorali, quam Romanus Pontifex habet super omnes fideles, cujuscumque status, dignitatis vel conditionis existant, statim datur intelligi, quod apicem non tantum spiritualis potestatis, sed etiam temporalis aliquo modo habere dicendus sit. — Sine ulla dubitatione ad Praelatos Ecclesiae, et maxime ad Praelatum Praelatorum pertinet jure sibi a Deo collato recognoscere et judicare de peccato quocumque. — Non solum Principes saeculares circa usum suae jurisdictionis delinquentes potest per censuram ecclesiasticam coërcere, verum etiam eos notabiliter negligentes a dignitate deponere. Diese Mäßigung des Torquemada, durch welche dem Papste indeß

keine Anmaßung abgeschnitten wurde, wär wohl nur eine Frucht der Zeitumstände während des Baselschen Concils. Später sprachen die Ultramontanen unverhüllter. So *Dominicus Venetus* (Episc. Torcellanus, nachher Brixiensis um 1465) in *Marci Antonii de Dominis de republ. eccles. lib. VI. c.* 10. §. 3.): Papa est verus Dominus mundi, et verus Monarcha, et apud ipsum est utraque monarchia. Papa potest tollere Imperium, praesertim si videatur sibi, quod aliter mundus melius gubernaretur: et quod nullus esset Monarcha praeter ipsum, et quod Reges immediate ipsum recognoscerent, et nullum alium superiorem. Papa temporalem jurisdictionem habet universaliter in omni loco, et potest eam exequi. Papa non solum potest deponere Imperatores et Reges, verum etiam Imperium et Regnum extinguere in laicis, etiam sine causa, et Principatus supprimere, et nova regna aut Principatus erigere. *Rodericus Sancius* B. v. Zamorra (s. not. 1) in s. Schrift *de origine et differentia Principatuum* (in Le Bret's Magazin f. Staaten- u. Kirchengesch. Th. 4. S. 520): Est vero naturaliter, moraliter et divino jure cum recta fide tenendum, Principatum Romani Pontificis esse verum, unicum, immediatum Principatum totius orbis, nedum quoad spiritualia, sed quoad temporalia; et principatum imperialem esse ab ipso dependentem et mediatum, ministerialem et instrumentalem, eidem subministrantem et deservientem, foreque ab eo ordinatum et institutum, et ad jussum Principatus papalis mobilem, revocabilem, corrigibilem et punibilem. Besonders merkwürdig in dieser Hinsicht ist die Zurechtweisung eines kaiserlichen Gesandten im päpstlichen Consistorio i. J. 1473, s. *Jac. Volaterrani diarium Romanum* in *Muratorii Scriptt. rer. Ital. XXIII. p.* 94: Thomas quidam, vir acris ingenii, quum Imperatoris Federici nomine assumi ad dignitatem Cardinalatus Dominicum Episcopum Brixiensem contenderet, eamque ob causam postulato Senatu ac dato fervidius loqueretur, saepe inter agendum Monarcham orbis Imperatorem appellabat. Tum Cardinalis Rotomagensis, qui etiam causae Dominici minus favebat, paulo commotior factus: *male*, inquit, *agis, Thoma; non tuus Imperator, sed hic noster Pontifex Monarcha est orbis: pati non possum, Romanae amplitudini detrahi.* Tum ille: *non*

lichen Gewalt p): er stand über den Concilien, die allein von ihm ihr Ansehen empfingen q), war Gesetzgeber des Glaubens und

omnium, inquit, *Monarcham Imperatorem ajo; temporalium tantum intelligo.* Et Rotomagensis: *nec temporalium quoque illi est Monarchia: jure divino et pontificio tota Romani est Praesulis.* Idem qui ex Patribus jus didicere, uno judicio confirmarunt.

p) *Jo. de Turrecremata summa de Ecclesia II. c.* 32.: solus Petrus inter Apostolos immediate a Christo factus et ordinatus fuit Episcopus: — alii vero Apostoli a Petro mediate, vel immediate, solo, vel cum alio, vel cum aliis sunt Episcopi facti vel ordinati. *c.* 54.: dicimus cum s. Thoma, — quod tota jurisdictionis potestas aliorum Praelatorum de lege communi derivatur a Papa. — Apostoli alii — non susceperunt potestatem jurisdictionis immediate a Christo, sed mediante Petro. Ergo sequitur, quod etiam nunc Praelati, qui sunt in Ecclesia, jurisdictionis potestatem suscipiant immediate a Papa, et non a Christo. *c.* 65.: Romanus Pontifex immediatus Praelatus et judex est omnium Christianorum, potestque facere in toto orbe terrarum, quicquid inferiores Praelati agere possunt. — In quocumque ordine quando tota potestas inferiorum dependet et originatur a potestate superioris, ad quaecunque se potest extendere potestas inferiorum, ad omnia illa se potest extendere immediate potestas superioris: sed potestas jurisdictionis, de qua est sermo, omnium aliorum Praelatorum in Ecclesia a potestate Papae derivatur; ergo sequitur, quod summus Pontifex potest in toto orbe omnia facere immediate, quaecumque possunt alii Praelati. *Thom. Cajetanus de auct. Papae et Conc. c.* 3. (*Rocaberti XIX. p.* 449): In Petro et a Petro inchoat omnis Ecclesiae potestas, et derivatur in totam Ecclesiam via ordinaria.

q) *Jo. de Turrecremata II. c.* 80.: Romanus Pontifex superior, ac major jurisdictionis auctoritate est tota ipsa residua universali Ecclesia. — Omnis pastor — superior est grege, cujus est pastor, sed Rom. Pont. est pastor Ecclesiae universalis, ergo ipse est — superior universali Ecclesia. *Lib. III.*

c. 28.: universaliter Conciliorum auctoritas a Rom. Pont. pendet et emanat. c. 32.: ea, quae in universalibus Conciliis statuuntur, sententiantur, aut definiuntur, aut interpretantur, auctoritate Romani Pontificis principaliter regulariter fiunt. c. 44.: Rom. Pontifex superior est jurisdictionis auctoritate universali Concilio. c. 47.: appellare non licet a Romano Pontifice ad Concilium universale, sed magis e converso, puta a sententia Concilii, quam Apostolica sedes nondum approbavit, ad Papam licet appellare. c. 51.: Rom. Pontifex nec ligatur, nec subjicitur necessitate quorumcunque Conciliorum, — nec universalium statutis, legibus, aut canonibus, quae sub juris positivi genere comprehenduntur. c. 55.: Rom. Pontifex non solum auctoritatem in canonibus sacrorum Conciliorum, etiam universalium, et decretis suorum praedecessorum dispensandi habet, verum etiam tollendi, aut revocandi, aut mutandi, prout temporum aut causarum necessitas exposcit. c. 62.: Quemadmodum ad Romanum Pontificem, ut ad Ecclesiae Principem, pertinet, Concilia universalia, si bene processerint, approbatione et auctoritate sua confirmando honorare; ita ipsius est, ea Concilia, quae in perniciem fidei, aut totius Ecclesiae perturbationem celebrata reperta fuerint, corrigere, reprobare, ac cassare, ea, quae minus juste, minusque bene acta sunt, retractando et condemnando. *Thom. Cajetanus de auctor. Papae et Concilii* c. 7 *ss.* (*Rocaberti XIX. p.* 455) *c.* 20. *p.* 474 wird zugegeben, quod Papa factus haereticus subest potestati ministeriali Ecclesiae, et non auctoritativae super Papam: dagegen *c.* 24. *p.* 482 *ss.* entschieden geläugnet, quod Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine scandalizante Ecclesiam subjiciatur Concilii potestati, ita quod possit deponi: namentlich *c.* 26. *p.* 487 auch deshalb, weil es *Matth.* 18. heiße, quod pes, manus, vel oculus, non tamen caput scandalizans amputaretur. *Apologiae P. I. c.* 1. (*l. c. p.* 494): Natura ecclesiastici regiminis ab ipsa sua nativitate est, non ut in communitate ad unum vel plures derivetur, quemadmodum accidit in regimine civili humano; sed ut in uno certo Principe suapte natura sit. Et cum Princeps iste unus atque idem Dominus Jesus heri, hodie, et in saecula vivat et regnet;

infallibel r). Reiz des Widerspruchs und feile Schmeichelei

secundum naturalis juris consequentiam oportet, ut ad ipsum Principem, non ad communitatem Ecclesiae spectet in sua absentia ordinare de Vicario, non communitatis Ecclesiae, quae utpote *serva nata* principandi jure caret, sed ipsius Principis, naturalis Domini communitatis Ecclesiae. Et hoc ipsum Salvator noster per semetipsum exequi dignatus est, dum Petrum Apostolum solum instituit suum Vicarium post resurrectionem, antequam coelos ascenderet, ut patet Joan. ult.

g) Als Beispiel diene die Stelle des Augustinereremiten *Johannes Schiphowerus de Meppis* in s. *Chron. Oldenburgensium Archicomitum* (geschr. 1505) in *H. Meibomii Rerum german. Scriptt. T. II. p.* 171 *ad ann.* 1440 wo er den Graf Dieterich als Gönner seines Ordens lobt: Suis temporibus quidam ex pastoribus et capellanis conspirationem fecerunt contra Mendicantes, limitatores ibidem existentes, impugnantes privilegia apostolica, et praesertim de confessionibus audiendis, ignari et juris canonici imperiti, vix primis literis imbuti, qui vix sine confusione, ut ait Pastor in tractatu de Curatorum miseriis, requiem cantare sciunt, et tamen singulis doctis viris tamquam cornutae bestiae rebellizant, et in sua asineitate perseverantes super omnes se extollunt. Quomodo autem prae-

darauf aus, die Wirksamkeit derselben ganz aufzuheben h). Das unentschiedene Einschreiten der Päpste war nicht geeignet,

dicabunt, qui literis operam non dederunt? aut quam in praedicando indoctus sacerdos utilitatem auditoribus suis afferre poterit, qui scripturas nescit? verum temporibus nostris, in quibus est sicut populus, ita et sacerdos, studium scripturarum miserrimi sacerdotes abjiciunt, pro libris scripturarum calices exhauriunt, et cotidie se inebriant. Viderint Episcopi, qui tales idiotas et inscios ad sacerdotii dignitatem promovent, qui imperitis curam ovium Christi commendant! Sedent in insidiis cum potatoribus in tabernis, ludis et comessationibus vacant, non est timor Dei ante oculos eorum. Nomine sacerdotes sunt, conversatione asini, nihil penitus de scripturis intelligunt, discere contemnunt, et latina lingua loqui vel scribere nesciunt, vix in vulgari exponere Evangelia didicerunt. Quantos errores, fabulas et haereses in Ecclesiis praedicando populis enuncient, quis nisi expertus credere posset? Pro libris liberos sibi comparant, pro studio concubinas amant. Tales, quamvis inscii, quamvis indocti, quamvis ignari, adhuc contra privilegia apostolica contra viros doctos latrare non erubescunt.

h) *Jacobus Carthusianus* (s. §. 136. not. ff) *de arte curandi vitia* (*ex Ms. in v. d. Hardt Autographa Lutheri praef. p.* 49): Licet multi Fratres Mendicantes praedicent, et multi multa dicant; cum tamen ab observantia declinaverint, aliud opere et aliud verbis ostendunt. Et hi ut plurimum nimium audaces et idiotae. Inde eorum praedicatio contemtibilis redditur, et vertitur maxime profanam in divinationem. Nam eorum primarii, ut manifeste cernitur, non aliud videntur quaerere, nisi favorem populi, libertatem vitae, quaestum bonorum exteriorum. Quae debite considerantes, omnia eorum facta videntur hypocritica delinimenta. Nimirum parochiae destruuntur, Praelati contemnuntur, nulla disciplina contradicente. Sed cur non exercetur ipsa, nisi quia quilibet illorum quasi sibi conscius non audet illorum mala facta punire? Die Klagen der Pfarrer gegen die Mendicanten gingen dahin, s. *Reformatorii Constant. decretales Tit.* X. *c.* 12. in

diesen unaufhörlichen Streit zu endigen i). Allerdings waren die Bettelmönche kirchlich thätiger, als die übrigen Geistlichen,

v. d. Hardt Conc. Const. I, XII. p. 715: quod superiores dictorum Fratrum non eo modo, sicut deberent, sed in scriptis, imo interdum nomine non expresso, Ordinariis locorum suos terminarios, ut plurimum idiotas, et interdum minus quam presbyteri curati scientes praesentant; praesentati soli, absque socio, per parochias velut vagi transcurrunt, absolutiones suas, ultra Curatorum efficaciores, tanquam apostolica auctoritate concessas, praedicant saepius; quod in casibus eis non commissis absolvunt, pecuniaria etiam pactione praecedente aut interveniente; decedentibus et testari volentibus secretius ingerunt, sibi et non Curatis legari, et apud suos Conventus sepeliri. Quibus omnibus secretius ingestis et practicatis canonicam ipsis Curatis non exhibent portionem (nämlich die von Bonifacius VIII. festgestellte Quarta, s. Abth. 2. §. 69. not. c) in dictorum Curatorum multiplex praejudicium et gravamen.

i) Sixtus IV., veranlaßt durch Klagen der deutschen Bischöfe, u. namentlich durch den Streit der Weltgeistlichen u. Mendicanten in Eßlingen, ernannte eine Commission, um diesen Streit zu schlichten, und diese schloß einen Vergleich zwischen beiden Theilen ab, welchen Sixtus IV. durch die Bulle *Vices illius* (in d. *Extravag. Commun. lib. I. Tit. IX. c.* 2.) bestätigte, des Inhalts, quod ipsi parochiani sacerdotes de cetero non dicant, a Mendicantibus haereses processisse: cum in veritate fides nostra sit illuminata, et Ecclesia exaltata per eosdem, et praesertim per Ordines Praedicatorum et Minorum, ut jura testantur. Quodque Fratres Mendicantes non praedicent, populos parochianos non teneri audire missam in eorum parochiis diebus festivis et dominicis; cum jure sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali Ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa Ecclesia se absentarent. Quodque etiam nec Fratres, nec Curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, et bene caveant propter poenas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant praedicare, quod pa-

aber nur zu häufig diente diese Thätigkeit der Beförderung des kirchlichen Wahnglaubens k), und der Lobpreisung ihrer

rochiani non sint obligati, saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non censeantur exclusi, quo minus secundum juris communis et privilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire, et poenitentias injungere valeant. Quod etiam de caetero inter ipsos Fratres Mendicantes et Curatores, quoad effectum praedicandi, horas cantandi, et campanas pulsandi, servetur consuetudo antiqua, quae temporibus antiquis servata fuit in ipso oppido Eslingensi. Et casu, quo veniat aliqua occasio sive necessitas, non fiat commutatio temporis vel horae in ipsis praedicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi Fratres in sermonibus eorum non detrahant Praelatis et rectoribus parochialium Ecclesiarum, nec etiam populos a suarum Ecclesiarum parochialium frequentia et accessu abstrahant, sive retrahant quoquo modo. Et vice versa ipsi rectores et Praelati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illum favorem, quem possunt, eis impendant, et in omnibus et per omnia praestent, ita ut vera unitas et perfecta caritas inter eos ostendatur. Man erkennt hier wenigstens die Streitursachen: natürlich wurde der Streit durch solche Verträge und Bestätigungen nicht allgemein und für immer aufgehoben.

k) Insbesondere gehören dahin die von den Dominicanern ausgegangenen Rosenkranzbrüderschaften, deren erste 1475 in Cöln von dem Dominicaner Jac. Sprenger (*Echard Bibl. Praed. I. p.* 881) gestiftet wurde. Die Dominicaner verbreiteten freilich die Meinung, welche auch Leo X. in seiner der Brüderschaft 1520 ertheilten Ablaßbulle (b. *Eus. Amort de origine, progressu, valore ac fructu indulgentiarum. I. p.* 171) ihnen nachspricht, quod olim, prout in historiis legitur, a s. Dominico quaedam Confraternitas utriusque sexus fidelium, de Rosario b. M. V. nuncupata, ad honorem angelicae salutationis instituta, et in diversis mundi partibus praedicata fuit sequentibus signis (vergl. Abth. 2. §. 69. not. k). Sed cum ipsa Confraternitas decursu temporis fere neglecta fuisset, et in oblivionem transisset, ac

Ordensheiligen und Ordensbefugnisse [1]). Nichtsdestoweniger

anno 1475 civitas et dioecesis Coloniensis gravibus bellis premeretur, eadem Confraternitas, ut civitas ab eis bellis liberaretur, in Ecclesia domus Praedicatorum Coloniensium innovata et de novo instituta fuit. Gegen dieses Vorgeben eines frühern Ursprungs vergl. *Acta SS. August. T. I. p.* 428 *ss.* Sixtus IV. ertheilt dieser Confraternitas de Rosario b. M. V. 1478 für gewisse Marienfeste den ersten Ablaß von 7 Jahren und 7 Quadragenen (b. *Amort l. c. p.* 170), und beschreibt dieselbe als ad honorem angelicae salutationis instituta, cujus confratres et consorores tribus diebus cujuslibet hebdomadis orationem dominicalem quindecies, et angelicam salutationem centum et quinquaginta vicibus ad honorem ejusdem b. Mariae Virginis juxta ipsius Confraternitatis instituta dicere consueverunt, quas quidem orationes Rosarium appellant; und setzt hinzu, daß auch extra civitatem Coloniensem in aliis civitatibus et locis sint quam plures utriusque sexus ejusdem Confraternitatis confratres. Die Brüderschaft verbreitete sich so schnell, daß schon i. J. 1481 eine solche in Schleswig gestiftet wurde, deren Statuten in (Noodt's) Beiträgen zur Erläuterung der Civil-, Kirchen- u. gelehrten Historie der Herzogthümer Schleswig u. Holstein, Bd. 2. (Hamb. 1752. 4.) S. 31 mitgetheilt sind. Innocentius VIII. ertheilte den Brüdern 1483 vivae vocis oraculo einen vollkommenen Ablaß semel in vita, et semel in mortis articulo, welchen Leo X. 1520 bestätigte, s. *Amort l. c. p.* 171.

1) Das Baseler Concil verdammte noch 1444 folgende Behauptungen, quae maxime praedicabantur a Mendicantibus in Taurinensi et Astensi Dioecesibus, (*Patritii summa Concill.* c. 138. in *Hartzheim Concill. Germ. V. p.* 865): Parochianos non teneri de jure dominicis diebus et solemnibus missas in propriis parochialibus Ecclesiis audire, sed ubi pro eorum devotione maluerint, praetermissis suis parochiis; et hanc libertatem non posse eis adimi a synodalibus constitutionibus: quodque Parochiani suis Curatis illis diebus non tenentur ad oblationem faciendam, sed in voluntate dantis sit, cui velit eam dare. — Obnoxium quavis causa faciendi missas celebrari pro vivis et defunctis, non satisfacere debito suo, si per

curatum sacerdotem id fieri curet, quoniam ratione curae ad id sit obligatus. Decimarum solutionem, etsi de praecepto sit, non tamen de praecepto esse, cui sit solvenda: liberum igitur esse omnibus cui velint eas solvere, vel in opera pietatis pro arbitrio impendere. Morientes in habitu et professione Ordinis Minorum ultra annum non passuros in poenis purgatorii, quoniam b. Franciscus ex divino privilegio quotannis ad purgatorium descendat, professoresque omnes sui Ordinis adducat secum ad coelum (vergl. Abth. 3. §. 110. not. g). Fratres Mendicantes, etiam non praesentatos Ordinariis, omnium confessiones posse audire; illosque, qui apud eos sint confessi, non obligari, etiam semel in anno confiteri proprio sacerdoti, nec petere confitendi veniam. Episcopos dioecesanos etiam in suis Synodis non posse sibi reservare absolutiones aliquorum criminum praeter casus in jure expressos. So machte die Synode zu Nitra in Ungarn 1494 Verordnungen gegen die Betrügereien der Mendicanten, *Constitutiones Syn. Nitriensis c.* 30. (in *C. Péterffy Conc. Hungariae. P. I. p.* 277): Nam sicut ad nostrum pervenit auditum, non sine multa temeritatis audacia, et deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu proprio de facto concedunt; super votis dispensant; a perjuriis, homicidiis et peccatis aliis sibi confitentes absolvunt; male ablata incerta, data sibi aliqua pecuniae quantitate, remittunt; tertiam et quartam partem de poenitentiis injunctis relaxant; animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio, ut asserunt mendaciter, extrahunt, et ad gaudia Paradisi perducunt; confratribus et benefactoribus ipsorum remissionem plenariam peccatorum indulgent; et aliqui ex ipsis eos a poena et culpa, ut eorum verbis utamur, absolvunt. Joh. Busch (s. §. 140. not. d) hörte einst in Hannover einen Carmeliter aus Brabant predigen (s. *Busch de reform. monasteriorum III. c.* 16. in *Leibnitii Scriptt. Brunsv. II. p.* 925), welcher, von den dortigen unreformirten Franciscanern angestiftet, auf ihn, den Reformator der Klöster, stichelte, zugleich aber auch u. a. behauptete: quoties missa per mundum celebratur, toties una anima de purgatorio liberatur, und: Mendicantes, Episcopis praesentati a suis superioribus, sunt supra

Plebanos. Busch nöthigte ihn, beides öffentlich zu widerrufen. Wie die Franciscaner ihren Stifter priesen, geht aus den Sätzen hervor, welche der Observant *Johannes Mercator* in Besançon gepredigt hatte, und welche 1486 von der Sorbonne verdammt wurden (*d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus I, II.* 318): I. Sedes Luciferi erat super choros angelorum et in decimo ordine, quae erat vacua et modo mirabiliter praeparata atque adornata, reservata b. Francisco soli, quia ab ea ejectus fuerat Lucifer propter suam superbiam. Et in hoc seculo nullus fuit inventus habens tantam humilitatem, quantam habuit b. Franciscus. II. B. Franciscus assimilabitur Christo in quadraginta modis seu manieribus. Quodque ipse est secundus Christus et secundus filius Dei. III. B. Francisci conceptio fuit praenunciata ab Angelo. Natus in praesepio inter bovem et asinum. Quem parere aliter, seu alio loco non poterat mater sua. IV. B. Franciscus stigmata suscepit successive, duabus horis semper interpositis, et in susceptione cujuslibet cecidit in terram propter nimium dolorem, quem in suscipiendo suscipiebat, ita ut spiritum emisisset, nisi Christus eum confortasset. V. B. Franciscus in suscipiendo praedicta stigmata tantos dolores sustinuit vel quasi, quantos habuit Christus in passione. VI. B. Franciscus incepit recipere praedicta stigmata a summo mane, et perseveravit in susceptione usque ad horam nonam, qua hora dominus noster Jesus expiravit. VII. B. Franciscus cum clavis retortis ab intus et extra, in ipsis stigmatibus inclusis, dicta stigmata portavit per duos annos. VIII. Christus in propria persona percutiendo sua manu stigmata praedicta infixit. IX. B. Franciscus vulnus seu stigmata lateris sui suscepit, quando Christus latus suum vulneratum in cruce lateri ipsius b. Francisci applicuit. X. In susceptione stigmatum praedictorum petra scissa est, ut in passione Christi, in cujus petrae scissura ipse Johannes, qui hoc praedicat, brachium suum immisit. XI. B. Franciscus obtinuit a Deo privilegium, quod anno quolibet descendit ad locum Purgatorii in die solemnitatis suae, et animos quorumlibet Religiosorum et Religiosarum et omnium de habitu ipsius s. Francisci seu Fratrum Minorum in ipso Purgatorio existen-

galten sie den Päpsten für die treuesten Diener m): sie waren es auch, so weit ihr Ordensinteresse mit dem päpstlichen zu-

tium extrahit, et secum educit in Paradisum, quemadmodum Christus seu ejus anima descendit ad inferna, et tertia die animas patrum secum eduxit. XII. B. Franciscus etiam obtinuit a Deo, quod Religiosi qui non bene servant regulam suam, non possent diu remanere in hoc mundo nec in praedicta Religione; et quod murmurantes aut male loquentes de Religiosis et de Ordine praedicto graviter punirentur in hoc saeculo et in alio. Quod nulli in vita sua revelavit ipse b. Franciscus, nisi s. Leoni confessori suo, qui post ejusdem b. Francisci obitum revelavit. Durch Anmaßlichkeiten in Beziehung auf das Fegfeuer wurden die Franciscaner noch von den Carmelitern übertroffen. Schon länger hatten dieselben behauptet, daß die im Carmeliterscapulier Gestorbenen nicht verdammt würden (s. Abth. 2. §. 69. not. l): jetzt setzten sie noch hinzu, daß dieselben stets am nächsten Sonnabende nach ihrem Tode von der Jungfrau Maria aus dem Fegfeuer abgeholt würden. Zur Bestätigung erdichteten sie im Laufe des 15. Jahrh. eine Bulle Johannes XXII., die sogenannte *Bulla Sabbathina*, welche zuerst von Joannes Palaeonydorus, einem Carmeliten zu Mecheln, um 1496 erwähnt wird, s. *Jo. Launoji dissertt. de Simonis Stockii viso* in dessen *Opp. II, II. p.* 406. Nach derselben war die h. Jungfrau als Carmeliternonne dem Papste erschienen, und hatte ihm erklärt (*l. c. p.* 404): Fratres professi dicti Ordinis supplicio solvantur et culpa, et die, quo ipsi saeculo recedunt, ac properato gradu accelerant Purgatorium, ego mater gratiosa descendam Sabbato post eorum obitum, et quot inveniam in Purgatorio liberabo, et eos in montem sanctum vitae aeternae reducam. Zugleich wurde eine Bestätigung dieser Bulle von Alexander V. 1409 erdichtet (*l. c. p.* 423), und der Betrug gewann solchen Eingang, daß die Bulla sabbathina von Clemens VII. 1530. (*l. c. p.* 440. 446) und Paulus V. 1613 wirklich bestätigt worden ist. *Amort hist. indulgentiarum I. p.* 144 *s.* hält die Bulla sabbathina und die Bestätigung Alexanders V. für ächt.

m) Als Probe der Lobsprüche, welche die Päpste in ihren Bullen ihnen zu ertheilen pflegten, s. den Anfang der sogen. *Bulla aurea* (s. not.

sammenfiel; wo jenes abwich, hatte auch ihr Gehorsam ein Ende n).

b): Sacri Praedicatorum et Minorum Fratrum Ordines, instar duorum primorum fluminum a coelestium voluptatum et amoenitatum Paradiso egredientium, sacrosanctae Ecclesiae terram, ne mundanarum cupiditatum et vitiorum calore arescat, praeclarae doctrinae, virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo Seraphim, qui in sublimi contemplationis et seraphici amoris alis elevati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo divinarum laudum clamore, et immensorum beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, ferventissimis praedicationibus populos instruendo, et ad coeleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundae segetis, animarum scilicet Redemptoris nostri Jesu Christi pretiosi sanguinis effusione redemptarum, copiosos in horrea s. Ecclesiae manipulos referunt. Hi sunt duae tubae, per quas Dominus praecipit ad pabulum sacri Evangelii universum populum assiduis praedicationibus advocari, ut in omnem terram exiret sonus eorum, et redderent sibi populum acceptabilem, et bonorum operum sectatorem.

n) Erasmus schrieb 1519 an Albert Churf. v. Mainz (*Epist.* 477. *Opp. ed. Lugd. Bat. T. III. P. I. p.* 515): Mundus oneratus est constitutionibus humanis, oneratus est opinionibus et dogmatibus scholasticis, tyrannide Fratrum Mendicantium, qui cum sint satellites Sedis Romanae, tamen eo potentiae ac multitudinis evadunt, ut ipsi Romano Pontifici atque ipsis adeo Regibus sint formidabiles. His, cum pro ipsis facit Pontifex, plus quam Deus est: in his, quae faciunt adversus eorum commodum, non plus valet quam somnium. Zum Beweise dienen die Widersetzlichkeit der Franciscaner gegen Johannes XXII. (Abth. 3. §. 111. not. g ff.), der Widerspruch der Dominicaner gegen die unbefleckte Empfängniß Mariä ungeachtet aller päpstlichen Entscheidungen s. unten §. 145. not. o ff., und die Nichtachtung der Decretale Bonifacius VIII. (s. Abth. 2. §. 69. not. c), s. oben not. h. i. k.

§. 142.

Freiere geistliche Vereine.

Im Anfange dieses Zeitabschnitts hatten die Begharden, insbesondere aber die Brüder des gemeinschaftlichen Lebens (Fratres vitae communis, auch Fratres bonae voluntatis, Fratres collationarii, Clerici devoti, an manchen Orten auch Fratres Hieronymiani oder Gregoriani genannt) in den Niederlanden, einen harten Angriff von Matthäus Grabo, Lector des Dominicanerklosters in Gröningen, zu erleiden, indem derselbe ihre ganze Lebensweise für ungesetzlich und ketzerisch erklärte. Jene Brüder wurden indeß von den reformirten Canonicis des Windsheimer Generalcapitels, mit denen sie ununterbrochen in der genauesten Gemeinschaft standen, unterstützt: Grabo, bei dem Bischofe von Utrecht verklagt, appellirte an den Papst: so kam die Sache vor das Concilium von Costnitz a): auf demselben erklärten sich die bedeutendsten Stim-

a) *Jo. Buschii* (s. §. 140. not. d) *Chronicon Canonicorum regularium Ord. S. Augustini Capituli Windesemensis* (Accedit Chron. Montis S. Agnetis auct. Thoma a Kempis, una cum vindiciis Kempensibus *Heriberti Rosweydi* Soc. Jesu pro libro de imitatione Christi. Antverp. 1621. 8.), geschr. 1464. *lib. II. c.* 58. *p.* 547: Quidam de Ordine Praedicatorum Frater, Matthaeus Grabo nomine, grande volumen ediderat contra devotos Presbyteros, Clericos et Beginas, pariter in communi sine regulae alicujus professione viventes. Quem Pastori in Daventria repraesentans adhaesionem expetiit, et ut in ejus transiret sententiam publice contra eos sermocinando, rogavit. Dieser aber sandte das Buch dem Rector des Fraterhauses in Deventer zu, der letztere dem Prior der regulirten Canonici in Nordhorn, welcher die Klage bei dem Bischofe von Utrecht erhob. Nachdem Grabo an den Papst appellirt hatte, so wendete sich der Bischof an das Concil, mit dem Antrage, ut iste audacter Frater Matthaeus Grabo digna feriretur animadversione, re-

probis in exemplum, und bezeugte, quod nihil unquam mali, dignum suspicione, contra morem Ecclesiae, in devotis hujus patriae sexus utriusque invenit delitescere, sed omnes et singuli vitam veram apostolicam Ecclesiae primitivae, ut veri Christiani, ad purum servarent. Der Inhalt der Grabo-schen Schrift geht aus dem von seinem Vertheidiger auf dem Concilio zu Costnitz an den Papst gerichteten Schreiben hervor, in *v. d. Hardt Conc. Const. III. p.* 106: cum lector (M. Grabo) — videret, plures personas sexus utriusque novae Religionis habitum assumentes, et conventicula facientes, nullum habitum approbatum profitentes, statuentesque sibi ipsis Superiores pro libitu voluntatis, et sub simulata devotione populum attrahentes, et multa contra veritatem sacrae Scripturae ac sacros Canones attentantes, et de eleemosynis Christifidelium domos sumptuosas ad modum monasteriorum regularium aedificantes, et se invicem in eis includentes cum observatione quorundam rituum minime per Ecclesiam approbatorum: coepit super hoc apud semetipsum ardenter cogitare, et an hoc stantibus regulis fidei et sacris canonibus Ecclesia dissimulare deberet; revolvensque diligentius sacrae scripturae sanctorumque Doctorum libros et sacros Canones, quasdam conclusiones, reprobantes illorum modum vivendi, extraxit, et scripturae commendavit. Quarum una principalis est, ex qua aliae deducuntur exceptis paucis: *nullus potest licite et meritorie, imo nec veraciter, obedientiae, paupertatis, et castitatis universalia consilia conjunctim, extra veras Religiones manendo, adimplere.* Nämlich ad saeculares pertinet tantum particularia vota offerre, ad regulares autem universalia praedicta. Ferner die conclusio undecima: *abdicare quemquam omnia propter Christum, extra praedictas religiones manendo, seu nisi veram aliquam Religionem ingrediatur, est sibi et suis, quorum cura sibi incumbit, vitam subtrahere:* quod est, homicidium tot hominum committere quot ejus curae subduntur. Haec est de mente *s. Thomae Secunda Secundae Qu.* 33. Ex quibus sequitur, quod *nullus potest abdicationem omnium propter Christum facere extra veram Religionem manendo sine peccato mortali:* quia subtraheret sibi vitam. — Ex quibus sequitur, quod *dicens pertinaciter, omnia esse*

men sogleich für die Brüder b), und Grabo wurde zur Ab-

meritorie abjicienda propter Christum in saeculo manenti, haereticus est d'cendus. — Ex quibus sequitur, quod *proprietas temporalium rerum est statui saeculari essentialiter annexa.* Et per consequens *Dominus Papa salva auctoritate sua non potest dispensare cum saecularibus, ut omnibus in singulari careant, seu nihil in singulari habeant.* — Si enim Dominus Papa posset hoc alicui concedere, — posset ei concedere propriae vitae subtractiones etc. — Sequitur etiam, quod *religiosus sine peccato mortali non potest abdicare voluntatem habendi communia* (vergl. Abth. 3. §. 111. not. f. ff.): — quia sine illis vivere non posset, cum per suam professionem renunciaverit omnibus et singulis propriis singularibus. — Vollständiger noch sind Grabo's Behauptungen in den darauf folgenden 25 Artikeln zusammengefaßt. Die letzten derselben sind: XXI. Excommunicati sunt omnes communem vitam ducentes extra Religionem approbatam. XXII. Quare similiter excommunicati sunt illi, qui vitam communem extra Religionem approbatam ducentibus praebent eleemosynam. Et qui tales fovent consilio et auxilio vel defensione, similiter stant et sunt in statu perpetuae damnationis. Et nisi de hujusmodi eorum excessibus magna contritione poenituerint, ad vitam aeternam non possunt pervenire, neque salvi permanere. XXIII. Omnes vitam communem ducentes extra Religionem approbatam sunt illi, a quibus Salvator noster praecipit esse abstinendum, et tanquam a falsis Prophetis attendendum. XXIV. Quilibet faciens contra jura canonica peccat mortaliter. XXV. Nullus corpore validus absque communi utilitate et necessitate potest extra veras Religiones sine peccato eleemosynas Christifidelium tollere.

b) Namentlich Petrus de Alliaco u. Jo. Gerson in ihren Gutachten über die Propositionen des Grabo bei *v. d. Hardt III. p.* 112 *ss.* Der Erste bemerkt zu Act. 4, 32. 34., quod in illa congregatione primitiva fuerunt multi uxorati et alii diversarum conditionum saeculares (und die dennoch alles gemein hatten), qui scilicet non erant adstricti per votum ad tria consilia evangelica castitatis, obedientiae, et paupertatis, quemadmodum

schwörung seiner Irrthümer verurtheilt c). Mit der Windsheimer Congregation der regulirten Canonici verbreitete sich

sunt professi Religionum per b. Basilium, Benedictum et Augustinum ac similes introductarum. Quas iste, ponens hujusmodi conclusiones, appellat veras Religiones, tanquam extra illas non sit vera Religio, quod falsum est, imo haereticum, si sic per praecisionem intelligatur: quoniam christiana vera est Religio etiam apud saeculares. Er erklärt den tractatus des Grabo für haereticalis et igni tradendus. Diesem Gutachten stimmte auch Gerson bei, und erklärte sich besonders stark gegen den Misbrauch des Wortes Religio, s. *l. c. p.* 116: *Propositio III.* Religio Christiana potest absque voto obligante ad consilia perfecte, imo perfectissime, observari. Patet de Christo, qui non legitur vovisse consilia, qui fuit tamen suae legis perfectissimus observator. Patet insuper de Apostolis et discipulis Christianis in primitiva Ecclesia, quorum multi erant uxorati, multi possessiones habuerunt, quidam in communi, quidam in proprio. — *Prop. IV.* Religio christiana non requirit ad perfectiorem sui observationem tam in praeceptis, quam in consiliis, quod superaddatur alia religio. Quales dicuntur observationes institutae per sanctos Basilium et Augustinum etc., et quales Anshelmus vocat religiones factitias. *Prop. V.* Religiones hujusmodi factitiae satis improprie et abusive et forsan arroganter dictae sunt status perfectionis. Gerson entscheidet dahin *Corollarium III.*, quod tota doctrina fratris istius innititur stultae et insanae fantasiae, imo et blasphemiae. — *Coroll. IV.*, quod fautores et defensores istius fratris sunt arcendi seu repellendi, et nisi desistere voluerint, graviter puniendi; ita tamen, quod non laxetur nimia licentia ad defensionem Begardorum et Beguttarum, si reperiantur effrenes, et discoli, et scandalosi in sacris observationibus.

c) *Jo. Buschii Chron. Windeshemense lib. II. c.* 58. *p.* 549: Die vom Concilio zur Untersuchung der Sache angeordneten Richter dictum fratrem Grabonem miserunt in carcerem. Et nisi librum suum propter articulos erroneos in eo comprehensos ipse damnaret, et se plurimum errasse publice proclamaret,

von jetzt an auch das Institut der Brüder des gemeinschaftlichen Lebens in den Niederlanden und in Norddeutschland d).

ceteraque similia juxta sua demerita juste sibi injungenda libenter perficeret, de carcere exire nisi ad ignem omnino non posset. Qui pelli suae pertimescens, saniori usus consilio, reum se cognovit, cuncta praemissa et multo majora in publica omnium audientia aperte confessus, librum suum damnavit, vitam et conversationem devotorum Presbyterorum, Clericorum et Beginarum Daventriae, Zwollis et alibi in communi sine professione viventium valde recommendavit, et sic ignem mortemque evadens in pace fuit dimissus. Haec omnia seriatim Patres dictarum congregationum registrata conservant. Die Abschwörungsformel des Matth. Grabo s. bei *v. d. Hardt III. p.* 118 *ss.* Ueber die ganze Sache s. *Mosheim de Beghardis et Beguinabus p.* 461 *ss.*

d) *Jo. Buschii Chron. Windeshem. lib. II. c.* 15. *p.* 316: Sicut magister Gerardus Magnus origo fuit et pater primus omnium hominum modernae devotionis hujus patriae, ad quem Deo servire cupientes securum semper habuere recursum, et post eum pater venerabilis Dominus Florentius Radewini primus Rector congregationis Clericorum in Daventria; ita devotus pater noster, frater Joannes de Huesden, Prior in Windesem (v. 1391—1424), eorum fidelis factus est successor in cura consulendi, auxiliandi, et defendendi. Ipse enim discreta sua providentia, caritateque latissima omnium corda devotorum benigne ad se trahens, unum ex ipsis se fuisse, et etiam semper mansisse, verbis, rebus, et moribus ubique demonstravit. Qui totum mundum salvare cupiens, plurima servorum et ancillarum Dei habitacula undique in patria multiplicari procuravit: nam et fratres domus suae, Capitulique generalis ad hoc aptiores in loca diversa transmisit pro novis monasteriis Ordinis nostri erigendis, fundandis et consummandis, antiquisque reformandis et in regulari observantia debite instituendis: patres etiam Congregationum valde sollicitavit, ut Presbyteros, Clericos, et sorores sive Beginas ad hoc utiles vel idoneos ad diversas mundi partes, in civitates, oppida et villas, pro novis congregationibus in-

Die zahlreichen Fraterhäuser zeichneten sich fortwährend wie durch einen practisch religiösen Mysticismus, so durch mannich-

choandis, et in communi vita more suo instituendis, animo pio et volenti [*mittere*] non tardarent. — Factum est autem, ut plurima Ordinis nostri Monasteria, multaeque Clericorum et sororum devotarum Congregationes per totam istam patriam Zallandiam, Westphaliam, Gelriam, Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam, Drentheam, Twentheam, Frisiam, Trajectum, et circa partes Rheni in diebus nostris de novo sunt constructa, et etiam ex antiquis plurima reformata. Ex quibus *patres, fratres et sorores de tertia regula s. Francisci nuncupati plus quam centum domos sive Congregationes devotas extrahentes*, sub uno provinciali Capitulo regulariter vivere, et Deo fideliter deservire usque hodie comprobantur; et *ipsi patres Congregationum devotarum primi*, juxta morem Ecclesiae primitivae sub regula Christi caritate pariter in communi secundum Evangelium viventes, *habent adhuc hodie domos sexus utriusque unitas numero paene quinquaginta*, virorum videlicet paene viginti, et sororum triginta; nosque jam habemus *Monasteria Ordinis Canonicorum regularium sexus utriusque Capitulo generali de Windesem incorporata plus quam septuaginta, virorum videlicet sexaginta duo, et tredecim sanctimonialium.* — Patres ergo devoti in diebus Domini Florentii Radewini pro sui status et devotionis conservatione in Daventria simul ad colloquium consueverant convenire; post ejus transitum ad Congregationem Clericorum in Zwollis — ad colloquium annuale in Dei timore celebrandum omnes pariter convenerunt in *Dominica Misericordias Domini* post Pascha, aut in feriis consequentibus, cum Ecclesia generale Capitulum in Windesem celebraret, propter loci convenientiam, et Capituli nostri generalis propinquitatem, et maxime propter Priorem nostrum in Windesem, ad quem finito colloquio cuncti Patres eorum principaliores accedere solebant, ut cuncta in ipsorum decreta colloquiis perpetue de ipsius consilio firmarentur. Simili modo Patres Congregationum Westphaliae, Saxoniae, Coloniae *Dominica Jubilate* in Monasteriensem civitatem ad colloquium annuale

faltige nützliche Thätigkeit aus e). Manche Brüder waren in Schulen oder für dieselben thätig f), Andere trieben allerlei Gewerbe, um dadurch ihren Unterhalt zu verdienen g). Da-

pariter conveniunt, Priore de Northorn, aut Priore de Bodike ibidem tunc praesente. Nähere Nachrichten über die einzelnen Fraterhäuser s. *Verhandeling over de Broederschap van G. Grote, en over den invloed der Fraterhuizen op den wetenschappelijken en godsdienstigen Toestand, voornamelijk van de Nederlanden, na de XIV. Eeuw, door G. H. M. Delprat. Utrecht* 1830. 8. *p.* 36 *ss.*

e) s. *Delprat p.* 193 *ss.*

f) Manche Fraterhäuser eröffneten selbst Schulen, z. B. die in Delft (*Delprat p.* 92), in Herzogenbusch (*p.* 96), in Gent (*p.* 106), in Utrecht (*p.* 127), in Lüttich (*p.* 142) u. in Cambray (*p.* 145). In diesen Schulen mag der Unterricht zuweilen höchst unvollkommen gewesen seyn, s. *Erasmi epist. ad Lamb. Grunnium* unten not. n. Anderswo begnügten sich die Brüder, die vorhandenen Stadtschulen zu fördern, dürftige Schüler mit Wohnung, Kost und Büchern zu versehen, unter Aufsicht zu nehmen, und ihnen Gelegenheit zu geben, sich selbst etwas zu verdienen. So verdankte die Schule in Zwoll ihre Blüthe, welche unter dem Rector Joannes Cele († 1417 s. über ihn *Buschii Chron. Windesem. lib. II. c.* 68. *p.* 601 *ss.*) begann, zum großen Theile den dortigen Brüdern (*Delprat p.* 63). So unterstützten die Brüder auch die Schulen in Gouda (*Delprat p.* 109), Groningen (*p.* 116) und Harderwyk (*p.* 119): vor allem aber die Schule in Deventer, als dieselbe unter dem Rector Alexander Hegius (v. 1465—1498 s. über ihn *Herm. Hamelmanni oratio de doctis Westphaliae viris* in dess. *Opp. genealog. ac hist. I. p.* 94 *ss. Delprat p.* 295) fast weltberühmt wurde, und mehrere Brüder halfen auch am Unterrichte in dieser Schule (*Delprat. p.* 54 *ss.*). In Herford unterrichteten die Brüder in der Schule der Pusinnenkirche, s. Knefel's Gesch. des Friedrichsgymnasiums in Herford. Herford 1817. S. 9.

g) Die Congregationen oder Fraterhäuser bestanden aus **Presbyteris, Clericis** und **Laicis**, deren Beschäftigungen natürlich verschieden waren. Die **Presbyteri** hatten die Leitung der Gesellschaft, den Gottesdienst und den Unterricht zu besorgen, **Clerici** waren die jun-

bei war es ein Hauptaugenmerk des Vereins, religiöse Volksbildung zu befördern h), und namentlich fromme Geistliche

gen Leute, welche Bildung empfingen, in der Regel um sich dem geistlichen Stande zu widmen, Laici die frommen Layen, welche allerley Gewerbe trieben. Vorzüglich gaben sich die Brüder fortwährend mit Abschreiben von Manuscripten ab (*Delprat p.* 314), das Fraterhaus in Hildesheim versorgte die reformirten Klöster in der Umgegend mit den nöthigen kirchlichen Büchern (*Busch de reform. monast. I*, 54 in *Leibnitii Script. Brunsv. II. p.* 855), in dem Fraterhause in Gouda wurde bald nach Erfindung der Buchdruckerkunst auch eine Druckerey errichtet, die erste in den Niederlanden (*Delpr. p.* 111. 313): in dem Fraterhause zu Herford wurde das den Abschreibern nöthige Pergament bereitet, Bier zum Verkaufe gebraut, Oblaten verfertigt u. dgl. Knefel's Gesch. des Friedrichsgymnasiums in Herford S. 9.

h) Dazu dienten besonders ihre Collationes (niederl. Collatien), gottesdienstliche Versammlungen an den Sonn- und Festtagen, in denen in der Landessprache Abschnitte aus den Evangelien vorgelesen u. practisch erklärt wurden, wobei die Redner auch Fragen an die Anwesenden richteten. Auch breiteten die Brüder religiöse Tractätchen unter das Volk aus (*Delprat p.* 213. 261). Proben derselben s. bei *Delprat p.* 306 *ss.* Vergl. *Jo. Busch Chron. Windesem. lib. I. c.* 47. *p.* 214: Quantae in saeculo sunt personae sexus utriusque, quae amicitia his (congregationibus) conjunctae a saeculi vanitate per eas conversae, et ad meliora, sanctum videlicet propositum, et bonam voluntatem libenter Deo serviendi, ipsarum exemplo inductae et provocatae, quamvis ad omnia evangelica consilia statim arripienda propter multa impedientia nondum dare se valent, vitam attamen sanctam, a peccatis alienam, ad earum informationem student observare, quis enumerabit? Diese Thätigkeit war natürlich den Bettelmönchen am unangenehmsten, und so mochten sich oft Vorfälle ereignen, wie der folgende, welchen *Jo. Busch de reform. Monaster. III. c.* 17. in *Leibnitii Scriptt. Brunsv. II. p.* 925 *s.* erzählt: Lector quidam Ordinis Fratrum Praedicatorum in Zutphania publice praedicavit, quod laici libros teutonicales habere non deberent, et sermones non nisi ad populum in Ecclesia

und Mönche zu bilden: bald wurde er eine fruchtbare Pflanzschule für die Klöster i). Diese Wirksamkeit und die Achtung,

fieri deberent. Ego autem simplex tunc frater in Windesem, in Zutphaniam missus cum fratre pro negotio, hoc audiens et sciens, plus quam centum congregationes sororum et Beginarum in terra Trajectensi plures habere libros teutonicales, et eos quotidie legere singulariter et in refectorio, constanter contradixi. Busch wendete sich deshalb an den Prior der Dominicaner. Dieser erwiderte zuerst: Laici quidam altos habent in teutonico libros, videlicet Sententiarum et similes, quos quidam Ordinis nostri transtulit in teutonicum ex latino, Valens Doctor; alii Missale etiam cum Canone habent in teutonico: ergo non valet, quod laici libros legant in teutonico. Darauf antwortete Busch: Hoc non approbo, quod simplices laici, viri vel foeminae, tam altos et divinos libros habent teutonicales: imo et Canonem, in teutonico apud Moniales inventum, ego combussi. Veruntamen libros morales de vitiis et virtutibus, de incarnatione, vita et passione Christi, de vita et sancta conversatione et martyrio ss. Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum; homilias quoque et sermones Sanctorum, ad emendationem vitae, morum disciplinam, inferni timorem, patriaeque coelestis amorem provocantes, habere et quotidie legere cunctis doctis et indoctis utilissimum est. Quod si istos admittere non vultis, ego dicta doctorum s. Ecclesiae, Augustini, Gregorii, Ambrosii et Hieronymi, caeterorumque orthodoxorum in scriptis vobis ostendam, quod hujusmodi habere libros omnino utile est et licitum. Am Ende drohete er ihm mit dem Bischofe von Utrecht: und so nöthigte denn der Prior den Lector öffentlich zu widerrufen.

i) *Jo. Buschii Chron. Windesemense II. c.* 16. *p.* 321: Licet nos Canonici regulares altiorem in Ecclesia militante gradum super patres et fratres Congregationum devotarum obtinere videamur, et in oculis hominum statum gerere digniorem; tamen Pater noster Joannes Huesden (s. oben not. d) frequenter nobis valde eos commendavit, dicens, quod ipsi in veris virtutibus, vita sancta, conversatione et moribus in

welche die Brüder unter dem Volke genossen, hielt den Neid der Bettelmönche rege: und sofern jene unter die große Classe

regno Dei nos saepe praecedent, quia vere vitam ducunt apostolicam, in Ecclesia primitiva sub s. Spiritus regimine ab omnibus Christianis observatam, a mundo jam tunc despectam et parum reputatam. — Commendavit autem eos non solum ex eo quod vitam sanctam et communem, simplicem obedientiam, cordis et corporis castitatem, sub simplici habitu et humili statu, Deo noti, hominibus despecti, summa devotione gestiunt custodire; verum etiam et maxime quia cunctis Ordinibus reformatis, imo toti Ecclesiae Dei de bonis religioni ac regimini aptis Clericis et personis quotidie satagunt providere. Frequentantes enim Clericos, et laicos servientes saepissime ad se accersientes, ad mundi contemptum, emendatioris vitae propositum, religionis desiderium, morum disciplinam, Dei timorem, gehennae horrorem, patriaeque caelestis amorem suis sanctis exhortationibus miris modis solent inducere: quos consequenter ad amica familiariaque colloquia invitare, de vitiis exstirpandis, virtutibusque acquirendis ac tentationibus resistendis informare, et ad meliora provocare, in Dei timore conservare, humilem habitum facere portare, in confessionibus expedire, et si forent pauperes, hospitia et bona habitacula diligenter procurare, atque continuo ad monasteria transmittendos componere solent et praeparare. Cumque in scientiis usque ad sacerdotium, et in sanctis moribus usque ad vitam regularem viderunt eos profecisse, tunc ad loca confugii, ubi animas suas poterunt salvare, videlicet ad monasteria Ordinum diversorum juxta desiderium omnium et singulorum per literas testimoniales eos solent dirigere, aut propriis in personis ipsis conventibus ad habitandum praesentare. Tali namque modo cuncta Ordinis nostri monasteria jam annis plus quam septuaginta per Patres praefatos in debita observantia noscuntur conservata. — Quemadmodum igitur Patres jam praedicti nostra monasteria per idonearum Deum timentium personarum subministrationem in sancta religione probantur conservare; ita nos vicissim sanctam conversationem eorum

der Begharden gehörten, so konnte es bei der Zweideutigkeit dieses Namens den Letzteren an Vorwänden zur Verfolgung nicht fehlen k). Eugenius IV. nahm zwar die Verfolgten in Schutz l): dennoch aber fanden sich viele derselben bewogen,

et vitam Deo placentem *ab hominum iniquorum, maxime Mendicantium non reformatorum perniciosa infestatione omnino defendamus:* — qui omnes ex uno fonte initium nostrum primordiale agnoscimur habuisse.

k) s. not. h. i. *Jo. Busch de reform. Monaster. III. c.* 15. in *Leibnit. Scriptt. Brunsv. II. p.* 923: Praedicator Ordinis Fratrum Minorum, Dominus German, — Lector et Guardianus in Hanover, publice in ambone praedicavit in Hanover, omnes Beginas fore condemnandas, quae sine tertia regula s. Francisci pariter habitarent, sive in communi sive in propriis viventes. Die Beghinen in Hannover wendeten sich deshalb an Busch, damal. Propst in Sulta; dieser nahm sich der Sache an, der Guardian berief sich zwar auf die Constitutionen Clemens V. (Abth. 3. §. 113. not. a), und wollte klagen, verstand sich indeß bald zum Widerrufe.

l) Durch die an alle Bischöfe in Deutschland, Brabant und Flandern gerichtete Bulle *Piis votis fidelium dd. IV. Idus Maji* 1431 (b. *Mosheim de Beghardis et Beguinabus p.* 668 *ss.*), in welcher zuerst die Bulle Gregors XI. (Abth. 3. §. 113. not. e) aufgenommen und bestätigt ist, und es dann u. A. weiter heißt: Et quanquam praedicti pauperes (oben heißen sie *dilecti filii de cellis, seu voluntariae paupertatis pauperes*), viri de per se scilicet, et mulieres seorsum, in suis distinctis domibus absque mutua eorum conversatione commorantes, in paupertate et continentia, in humilitatis spiritu Ecclesias devote frequentent; et Romanae Ecclesiae ac eorum Ordinariis — in omnibus reverenter obediant; nullisque erroribus seu ritibus, qui salutaribus praeceptis et fidei orthodoxae repugnent, se involvant; sed liberaliter — miserabiles ac alias honestas personas, ad eorum loca declinantes, gratia hospitalitatis recipiunt, ac requisiti infirmorum curam gerunt, decedentium fidelium corpora, etiam tempore furoris pestilentialis in ter-

sich den Tertiariern der Franciscaner anzuschließen m), um Ruhe zu bekommen. Später indeß wurden die Bettelmönche

ris, quas habitant, ad sepulturam ecclesiasticam deferendo, ac alia pietatis et caritatis opera exercendo; etiam de his, quae manibus propriis et mendicatis acquirunt suffragiis, egenis erogando, viventes in communi; adeoque Christifideles populi zelo sinceritatis, favoris et dilectionis ipsos plurimum complectuntur: — verumtamen iidem pauperes, ut fidei digna relatione percepimus, a quibusdam haereticae pravitatis inquisitoribus, ac diversis maxime Religiosis Ordinum mendicantium, ac aliis eorum aemulis in ipsorum bono proposito indebite et injuste inquietantur et perturbantur; ac praetextu praemissorum, captatis exinde quibusdam occasionibus et fictis coloribus, eis diversa gravamina inferuntur pariter et jacturae in animarum molestantium periculum, et pauperum hujusmodi laesionem et scandalum. Dagegen wird diesen Gesellschaften gestattet, auf die bisherige Weise zusammenzuleben: es wird verboten, sie zu beunruhigen, den Inquisitoren und Mendicanten wird alles Recht über sie genommen, ita quod ipsi inquisitores fratres et quivis alii nullam inquisitionis, visitationis, jurisdictionis, superioritatis potestatem vel officium in eosdem, eorumque domos valeant exercere, nec in ipsos excommunicationis seu alias sententias vel poenas promulgare. Dieselben sollen allein unter den Ordinarien stehen: umherschweifende Beghardeen aber nicht geduldet werden. Den Ordinarien wird die Macht gegeben, gegen alle Verfolger jener Gesellschaften mit allen kirchlichen Censuren zu verfahren. Endlich soll diese Bulle nicht so gedeutet werden, als ob sie statum praedictorum, ut ordinem religionis approbatae, bestätige. Eine andere Bulle Eugenius IV. zu Gunsten der Brüder dd. 15. Dec. 1431 s. bei *Revius Daventria illustris p.* 68 ss.

m) nach des Jo. Busch mehreremal wiederholter Angabe, u. a. Chron. Windesem. II, 15. oben not. d, war dieß von mehr als 100 Congregationen geschehen. Andere hielten dagegen fester an ihrer Freiheit und Eigenthümlichkeit. So schlugen die Brüder in Deventer es aus, als der Cardinal Nicolaus von Cusa sie in Canonici verwandeln wollte, s. *Dumbar Analecta T. I. p.* 173. *Delprat p.* 191.

den Brüdern geneigter: denn die mönchische Bildung, welche dieselben der Jugend gaben, führte auch jenen manche Novizen zu n).

n) *Erasmi epist. ad Lambertum Grunnium* (in *Opp. ed. Lugd. Bat. T. III. P. II. p.* 1822 od. *App. Ep.* 442): Zwei hoffnungsvolle Jünglinge seyen, um sie für das Mönchthum zu gewinnen, statt auf eine Universität, gesandt in contubernium quorundam, qui vulgo Fratres Collationarii vocantur, qui nusquam gentium non nidulantes, instituendis pueris quaestum factitant. Horum illud praecipuum est studium, ut si quem puerum videant indole generosiore et alacriore, cujusmodi fere sunt ingenia felicissima, eam plagis, minis, objurgationibus, aliisque variis artibus frangant ac dejiciant, id appellant cicurare, vitaeque monasticae fingant. Quo quidem nomine satis amantur a Dominicanis ac Franciscanis, quod dicant ipsorum Ordines brevi interituros, nisi penes illos aleretur seminarium. Ex illorum enim cortibus legunt suos tirones. Equidem arbitror et inter illos esse viros quosdam minime malos: sed quum optimorum auctorum inopia laborent; quum in suis tenebris suis quibusdam moribus ac ritibus degant, seque non aliis, sed sibi ipsis comparent; quum bonam diei partem cogantur precum et operarum pensis impendere; non video, quo pacto valeant liberaliter instituere pueritiam: certe res ipsa loquitur, non aliunde prodire adolescentes inelegantius doctos, aut moribus deterioribus. — Unus praeceptorum talis erat, ut Florentius (der Eine jener Jünglinge) neget, se usquam vidisse monstrum vel indoctius, vel gloriosius. Et tales non raro praeficiuntur pueris. Non enim eliguntur eruditorum judicio, sed arbitrio patriarchae, qui plerumque litteras nescit. Alter vero, qui semper visus est unice delectari indole Florentiana, quum sentiret agi de reditu in patriam, coepit privatis colloquiis sollicitare animum adolescentis, ut ipsorum accederet instituto, multa commemorans quibus pueri solent illectari. Quod utinam esset factum! Nam aut volentem pietatis amor apud illos detinuisset, aut si res ita tulisset, licuisset in pristinam redire libertatem. Neque enim hoc hominum genus, quod habent praecipuum

In Oberdeutschland und in der Schweiz fanden diese Brüder des gemeinsamen Lebens keinen Eingang, und hier blieben die Gesellschaften der Begharden fortwährend dem Bettel ergeben und Pflanzschulen der Ketzerei o).

bonum, ac priscae religionis vestigium, votis insolubilibus adstringitur. — Ex hac hominum sodalitate novi, qui non modo terriculamentis ac blanditiis, verum etiam horrendis obtestationibus, ac prope dixerim, exorcismis et incantamentis pueros nondum egressos annum decimum quartum divites ac bene natos conati sunt obtundere, ut insciis parentibus ipsorum instituto semet addicerent.

o) Vergl. bes. die gegen die Begharden gerichteten Schriften des *Felix Hämmerlin* (s. §. 139. not. g): *Contra validos mendicantes*, *Descriptio Lolhardorum*, *Glossa bullarum per Beghardos impetratarum*, sämmtlich um 1438 geschrieben; z. B. in der *Descriptio Lolhardorum* (*Opp. fol. C.* 2. *a*): Frequenter etiam accidit, ut patet, quod inter illam malam societatem fuerunt sectae et haereticorum conventicula in diebus et in terris nostris. — Et summarie quod in tota Alemannia superiore non est contra fidem catholicam haeresis introducta, nisi per vulpeculas illius sectae Beghardorum, Lolhardorum et Beghinarum malitiosissimae: absque eo quod quamplures latrones et Sodomitae sunt in eorum habitu reperti. In der Schweiz hielt sich ein Theil der Begharden in den Städten auf, ein anderer Theil führte ein Anachoretenleben, s. *Glossa Bullarum* (*fol. C.* 3.): Infirmorum curam gerunt illi frequenter, qui in civitatibus morantur, et ad hoc opus sylvestres et anachoretae non conveniunt, sed in talibus pure quiescunt. — In sepulturis quorumcunque se non intromittunt, qui in nemoribus degunt. Vergl. *ejusd. liber de Religiosis proprietariis* (fol. B. 5. a): Anachoretas nunc fallaciter se simulant Beghardi et Lolhardi in nemoribus et extra morantes, nullam regulam profitentes, et aliqui de tertia regula fratrum Minorum se recognoscentes, et fallaciter scapulare sumentes.

§. 143.

Neue Orden.

generis inimico, committere et perpetrare non verentur. — Quodque licet dilecti filii, Henricus Institoris in praedictis partibus Alemanniae superioris, — necnon Jacobus Sprenger per certas partes lineae Rhèni, Ordinis Praedicatorum, et theologiae professores, haereticae pravitatis inquisitores per literas Apostolicas deputati fuerunt: tamen nonnulli Clerici et laici illarum partium, quaerentes plura sapere quam oporteat, pro eo quod in literis deputationis hujusmodi provinciae, — ac excessus hujusmodi nominatim et specifice expressa non fuerunt, — praefatis inquisitoribus in provinciis — praedictis hujusmodi inquisitionis officium exequi non licere, — pertinaciter asserere non erubescunt. — Nos igitur, — ne contingat, provincias — et loca praedicta — debito inquisitionis officio carere, eisdem inquisitoribus in illis officium inquisitionis hujusmodi exequi licere — tenore praesentium statuimus. Proque potiori cautela literas et deputationem praedictas ad provincias — et crimina hujusmodi extendentes, praefatis inquisitoribus, quod ipsi — in provinciis — praedictis contra quascunque personas — hujusmodi inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in praemissis culpabiles repererint, juxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, et mulctare; necnon in singulis provinciarum hujusmodi parochialibus Ecclesiis verbum Dei fideli populo, quoties expedierit ac eis visum fuerit, proponere et praedicare, omniaque alia et singula in praemissis et circa ea necessaria et opportuna facere, et similiter exequi libere et licite valeant, plenam ac liberam eadem auctoritate de novo concedimus facultatem. Et nihilominus ven. fratri nostro Episcopo Argentinensi per Apostolica scripta mandamus, quatenus — non permittat, eos quoscunque super hoc — molestari, seu alias quomodolibet impediri; molestatores et impedientes et contradictores quoslibet, et rebelles, cujuscunque dignitatis, status, gradus, praeeminentiae, nobilitatis, et excellentiae aut conditionis fuerint, et quocunque exemtionis privilegio sint muniti, per

zeugen, und das neue Geschäft in eine feste Ordnung zu bringen, ließen diese den Hexenhammer (Malleus maleficarum. Colon. 1489. 4.) erscheinen p). Nur mit Gefahr und ohne Erfolg erklärten sich einige heller denkende Männer gegen diesen Wahn q): bald dampften demselben zahlreiche Schei-

excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac alias etiam formidabiliores, de quibus sibi videbitur, sententias, censuras et poenas, omni appellatione postposita, compescendo: et etiam legitimis super his per eum servandis processibus sententias ipsas, quoties opus fuerit, aggravare et reaggravare auctoritate nostra procuret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

p) Ueber die Ausgaben desselben s. Hauber St. I. S. 39 ff. II. S. 90 ff. V. S. 311 ff. Er besteht aus 3 Partes. P. I. handelt super tria, quae ad maleficialem effectum concurrunt, ut sunt Daemon, maleficus et divina permissio; P. II. super remedia praeservativa und super remedia maleficia amoventia; P. III. super remedia ultima contra personas maleficarum.

q) In Evreux wurde schon 1453 *Wilhelmus Edelinus*, Doctor der Theol. Prior v. St. Germain en Laye, wegen eines Bündnisses mit dem Teufel, zum ewigen Gefängniß verurtheilt, s. *Chroniques d'Enguerran de Monstrelet* (*à Paris* 1572) *vol. III. fol.* 63. Was ihm besonders vorgeworfen wurde, erhellt aus eines andern Zeitgenossen, des Dominicaners *Nicolai Jaquerii* († in Gent 1471) *flagellum haereticorum fascinariorum* (*ed. Francof.* 1581. 8.) *cap.* 5. Die schedula, auf welche der Unglückliche die ihm aufgezwungenen Vergehen aufgeschrieben hatte, continebat inter caetera, quod, quando ipse fuit introductus ad dictam sectam, Diabolus asserebat, quod ipse Magister Guilhelmus bene posset, si vellet, augmentare ejusdem Daemonis dominium, praecipiendo eidem Magistro Guilhelmo praedicare, quod hujusmodi secta non erat nisi illusio, et quod hoc praedicaret ad contentandum populum patriae, ubi tunc morabatur ipse Magister Guilhelmus. Vergl. Hauber St. 15. S. 152 ff. — *Malleus malefic. P. I. Qu.* 1. bejaht die Frage: utrum asserere maleficos esse sit a Deo catholicum, quod ejus oppositum

terhaufen. Viele ganz Unschuldige wurden hingeopfert: neben

pertinaciter defendere omnino sit haereticum. Dabei erhellet, daß damals viele waren, welche publice praedicant, maleficas non esse, aut quod nullo modo valeant hominibus nocere. Daher folgt *P. I. Qu.* 18. *modus praedicandi contra quinque argumenta Laicorum, quibus probare videntur sparsim, quod Deus non permittat tantam potestatem Diabolo et maleficis circa hujusmodi maleficia inferenda.* Diese Gründe sind: *Primum sumitur ex parte Dei:* Deus punire potest hominem propter peccata et punit gladio, fame et mortalitate, item diversis aliis infirmitatibus variis et innumeris, quibus humana conditio subjacet: unde quia opus ei non est adjungere alias punitiones, ideo non permittit. II. *ex parte Diaboli:* Si vera essent quae praedicantur, quod videlicet (Daemones) vim generativam impedire possunt, ut videlicet mulier non concipiat; vel, si concipiat, quod aborsum faciat; vel si non aborsum, quod etiam post partum natos interficiunt: utique sic perimere possent totum mundum. Et iterum posset dici, quod opera Diaboli essent fortiora operibus Dei, scilicet sacramento matrimonii, quod est opus Dei. III. *ex parte hominis:* Videmus, si maleficium debet esse aliquid in mundo, tunc aliqui homines plus aliis maleficiantur. De quo si quaeritur, utique dicitur hoc esse propter punitionem peccatorum: sed hoc est falsum; ergo et illud, quod maleficia sint in mundo. Falsitas autem probatur ex eo, quia tunc majores peccatores amplius punirentur: hoc autem est falsum, cum minus puniantur, quam alii interdum justi. Quod etiam cernitur in pueris innocentibus, qui asseruntur maleficiari. *Quarto potest addi et aliud argumentum ex parte Dei, hoc:* Quod quis impedire posset, et non impedit, sed fieri permittit, utique judicatur ex sua voluntate processisse. Sed Deus cum sit summe bonus, non potest velle malum: ergo non potest permittere, ut fiat malum, quod ipse impedire potest. *Item ex parte morbi:* Defectus et infirmitates, qui dicuntur maleficiales, similes etiam sunt defectibus et infirmitatibus naturalibus, i. e. qui ex defectu naturae procedunt. Quod enim aliquis claudicat, excoecatur vel ratio-

ihnen wurden aber auch die heimlichen Ketzer mit mehr Glück

nem perdit, vel etiam moritur, ex defectu naturae contingere possunt: unde non possunt secure maleficis adscribi. *Ultimo ex parte judicum et praedicatorum*, qui, cum talia adversus maleficas praedicant et practicant, utique propter ingens odium a maleficis contra eos conceptum nunquam essent securi. Die, welche gegen den Hexenglauben predigten, stützten sich besonders auf *Decret. Gratiani Causa XXVI. Qu.* 5. c. 12. *ex Conc. Anquirensi*, wo die nächtlichen Luftfahrten der Hexen, und die Möglichkeit, sich in andere Gestalten zu verwandeln, für heidnischen Wahnglauben erklärt, und die Priester aufgefordert werden, dagegen zu predigen. Deswegen sucht *Malleus malef. P. II. cap.* 3. zu zeigen, daß jene Gegner blos in cortice canonis laborarent, und daß allerdings auch Zauberwerke der Art vorkämen. Nach der Erzählung mehrerer Beispiele fährt er fort: Tantummodo haec sufficiant adversus illos, qui hujusmodi corporales transvectiones aut omnino negant, aut quod solummodo imaginarie et fantastice fiant, affirmare conantur. Qui utique in suo errore si relinquerentur, parum esset, imo nec advertendum, dummodo in fidei contumeliam ipsorum error non vergeret. Attento autem quod illo errore non contenti etiam alios inserere, et publicare in maleficarum augmentationem et fidei detrimentum non verentur, dum asserunt, quod omnia maleficia, quae eis juste tanquam instrumentis Daemonum vere et realiter imputantur, eis tantummodo imaginarie et illusorie, tanquam innoxiis, esse imputanda, sicuti et ipsa transvectio fantastica, unde et pluries impune in magnam creatoris contumeliam et gravissimum jam ipsorum augmentum remanserunt etc. Vergl. *P. II. cap.* 8. Merkwürdig sind zwei Dialoge aus dieser Zeit, in welchen die Gründe und Gegengründe in Beziehung auf den Hexenglauben entwickelt werden. *Ulricus Molitoris*, *Decretorum Doctor*, und Beisitzer des bischöfl. Gerichts in Costnitz, schrieb auf Veranlassung des Erzherzogs Sigismund v. Oesterreich: *De lamiis et pythonicis mulieribus. Colon.* 1489. Die Gründe gegen den Hexenglauben sind hier mit überwiegender Kraft, aber sehr behutsam entwickelt, und die entschiedene Läugnung nur dem Erzherzoge in den Mund gelegt, vergl. Hauber

als Zauberer verfolgt r): denn selbst die weltlichen Obrigkeiten fingen an, mit den Inquisitoren in der Verfolgung zu wetteifern s).

St. 2. S. 103 ff. In dem Dialoge des Franciscaners *Thomas Murner: De pythonico contractu. Freyburgii* 1499 läßt sich kaum die wahre Meinung des Verfassers entdecken, s. Hauber St. 2. S. 116 ff. Beide Dialoge sind auch der Ausgabe des *Malleus Maleficarum. Francof.* 1580. 8. beigegeben.

r) Wie man den der Ketzerei Verdächtigen auch bald Zauberei Schuld zu geben wußte, zeigt das Ereigniß in Arras i. J. 1459, indem daselbst eine Menge Personen, die für Waldenser galten, des Bündnisses mit dem Teufel angeklagt und deshalb verbrannt wurden, s. *Enguerrand de Monstrelet Chroniques. vol. III. fol.* 84. Der große Rechtsgelehrte *Franc. Balduinus*, welcher selbst aus Arras gebürtig war, schreibt darüber *Comm. in Institutt. lib. IV. Tit.* 18. *p.* 774: Quo gravius et ab hominis ingenio magis alienum est hoc malum (das Laster der Zauberei), eo major adhibenda est cautio, ne quis ejus praetextu ab adversariis temere obruatur. Facile enim hic quidvis confingere potest ingeniosa simultas, ut et multitudinem statim commoveat, et attonitos judices irritet adversus eum, quem cum Daemonibus rem habere mentietur. Ante annos sexaginta sensit infelix nostra patria magno suo malo hujusce generis calumnias. Magna erat Valdensium mentio, quos adversarii jactabant nescio quid commercii habere cum immundis spiritibus. Hujus criminis praetextu optimi quique statim opprimebantur. Sed tandem Senatus Parisiensis causa cognita vidit meras esse sycophantias, infelices reos liberavit, improbos sycophantas cum iniquis judicibus damnavit. Extatque adhuc ejus memorabile hac de re Arestum, editum XX. die mensis Maji anno 1491. Vergl. Hauber St. 2. S. 64 ff. Der *Malleus maleficarum* bemüht sich, zu zeigen, daß die Zauberei die größte Ketzerei sey (*P. I. Qu.* 14.).

s) Der *Malleus maleficarum* beweiset *P. III.* in der Einleitung, daß, weil crimen maleficarum non est mere ecclesiasticum, imo potius civile propter damna, quae inferuntur temporalia, auch judex saecularis cognoscere et judicare potest usque ad

Fünftes Capitel.

Geschichte der Gegner der römischen Kirche.

§. 149.

Aeltere schwärmerische Partheyen.

Die Manichäer erhielten sich jetzt nur noch in Bosnien. Sie waren hier herrschend, bis der König von Bosnien, Stephanus Thomas, 1442 zur römischen Kirche übertrat a), und sie zu verfolgen anfing: indeß beschleunigte er dadurch nur den Fall seines Reiches, welches 1463 eine Beute der Türken wurde b). Die schwärmerischen Flagellanten erhielten sich

sententiam diffinitivam ad poenitentiam, quam ab Ordinariis recipiet: secus super sanguinem, quam per se ferre potest. Daher ist auch *P. III.* zur Instruction für weltliche Richter bestimmt.

a) s. *Epist. Benedicti Ovetarii Vicentini ad Petrum Donatum Episc. Patavinum dd. Rom. Kal. Oct.* 1442 in *Martene ampl. coll. I. p.* 1592.

b) Päpstliches Belobungsschreiben an den König wegen dieser Verfolgung b. *Raynald.* 1445. *no.* 23. Zwei Woywoden, Stephanus, Schwiegervater des Königs, und Johannes, welche sich auch scheinbar zur römischen Kirche bekehrt hatten, kehrten zur Ketzerei zurück und beschützten die Manichäer. Gegen diese instruirt Nicolaus V. einen Legaten b. *Raynald.* 1449. *no.* 9. Die Manichäer riefen gegen ihren König sogar die Türken zu Hülfe *Rayn.* 1450. *no.* 13. Der Sohn und Nachfolger desselben, Stephanus Thomassowitsch, verstand sich zu einem Tribute an die Türken, und fing nun von neuem an die Manichäer zu verfolgen, und ihre Güter einzuziehen. *Rayn.* 1460. *no.* 91. *cf. Pii II. commentarii rerum memorab. a Jo. Gobelino compositi lib. V. p.* 125: Rex Bossinae — ut piaculum traditae Turcis Synderoniae purgaret, ac suae religionis fidem faceret, sive, quod multi crediderunt, avaritiae obtentu Manichaeos, qui erant in regno suo quam plurimi, nisi baptismum Christi acciperent, e regno migrare

dagegen heimlich in Thüringen und im Anhaltischen c).

§. 150.

Reformatorische Bestrebungen.

Johannes Huß und Hieronymus von Prag.

Quellen: *Historia et monumenta Jo. Hus atque Hieronymi Pragensis. Tomi II. Norimbergae* 1715. *fol.*

Feindlich gegen Huß: *Aeneae Sylvii de Bohemorum origine ac gestis historia* (*Romae* 1475. *fol.* u. öfter u. A. *Wolferbyti* 1620. 8.) *cap.* 35. 36. *Jo. Cochlaei* hist. Hussitarum libb. XII. apud S. Victorem prope Moguntiam. 1549. fol.

Für ihn: Hussitenkrieg: darinnen begriffen das Leben, die Lehre, der Todt M. Johannis Hussi, auch wie derselbe von den Böhmen — ist gerochen 2c. alles aus glaubwürdigen Geschichtschreibern, alten Monumenten und Manuscripten mit Fleiß zusammengetragen durch M. Zachariam Theobaldum. Nürnberg 1621. 4.

coëgit substantia relicta: duo circiter millia baptizati sunt, quadraginta aut paulo plures pertinaciter errantes ad Stephanum Bosnae ducem (Stephanus Cosaccia, Herzog der Herzegowina) perfidiae socium confugere. Tres principes haereseos in aula Regis potentes Episcopus Nonensis vinctos ad Pontificem duxit, quos Pius per monasteria relegatos edoceri Christianum dogma curavit. Joannes Cardinalis sancti Sixti ad se vocatos instruxit, persuasitque tandem abjuratis erroribus Ecclesiae Romanae, quae nec falleret, nec falleretur, documenta suscipere: reconciliatos ad Regem remisit (*cf. Raynald.* 1461. *no.* 136.): duo in fide permansere, tertius more canis ad vomitum rediens ex itinere dilapsus ad Stephanum confugit. Im J. 1463 wurde der König Stephanus von den Türken gefangen und getödtet, und Bosnien eingenommen (*Gobellinus lib. XI. p.* 311).

c) Ihre Lehrsätze s. Abth. 3. §. 121. not. h. Es wurden Geißler entdeckt und bestraft, in Sangerhausen i. J. 1414 u. 1454, in Nordhausen 1446, im Anhaltischen 1481, s. Förstemann die christl. Geißlergesellschaften. Halle 1828. S. 163 ff.

Bearbeitungen: *Wilh. Seyfridi diss. de Jo. Hussi Martyris vita, fatis ac scriptis.* Jenae 1729. *cum annotationibus J. Chr. Mylii. Hilperhusae* 1743. 4. Lebensbeschreibungen von Huß u. Hieron. v. Prag in W. Gilpin's Biographien der bekanntesten Reformatoren vor Luther, a. d. Engl. Frankf. u. Leipz. 1769. 8. Hussens Leben von Aug. Zitte, 2 Theile, Prag 1789. 90. von J. F. W. Tischer. Leipz. 1798. Leben des Hieronymus v. Prag von Tischer. Leipz. 1802. — Vergl. die Schriften über das Conc. von Costnitz vor §. 131.

In die Fußstapfen eines Conrad Stiekna, Johann Milicz und Matthias v. Janow trat für Sittlichkeit und innere Frömmigkeit eifernd Johannes Huß von Hussinecz, Magister der freien Künste, und Lehrer der Theologie in Prag, seit 1402 auch Prediger an der Capelle Bethlehem a), und Beicht-

a) Es war dieselbe von Johann von Mühlheim und dem Kaufmann Kreuz 1391 gestiftet worden (Pelzel's Lebensgesch. des Königs Wenceslaus. Th. 1. Prag 1788. S. 243): ihr Zweck wird in dem Stiftungsbriefe (Ebend. Urkundenbuch S. 102 ff.) so ausgedrückt: Ego Johannes de Milhem provida consideratione pensans, et animae meae salutem, multorumque Christifidelium spiritualem refectionem desiderans, quomodo in civitate Pragensi, licet multa sint loca ad divinos cultus ordinata, nihilominus tamen eadem per plurimos alios sacros actus occupantur pluries, sic quod nullus locus ad privilegiatum praedicationis verbi Dei officium sit ibidem specialiter deputatus, sed praedicatores ipsi, specialiter vulgaris Boemici eloquii, plerumque per domos et latebras coguntur, quod non congruit, divagari, quemadmodum saepius notabiliter est compertum: hac igitur consideratione permotus, et ad dictae praedicationis sanctae incrementa procuranda attentius animatus — Capellam in honore ss. Innocentum in area providi viri Crucis, civis majoris civitatis Pragensis, quam idem Crux — ad id pie donavit, — quam Bethlehem, quod interpretatur domus panis, censui appellandam hac consideratione, ut ibidem populus communis et Christifideles pane praedicationis sanctae refici debeant, — decrevi et disposui erigendam.

vater der Königinn Sophia. Durch Wicliffe's Schriften, welche sich damals auch nach Prag verbreiteten, wurde Huß in der Theologie für den Augustinus, in der Philosophie für den Realismus gewonnen b): er eignete sich zwar nicht alle eigenthümliche dogmatische Meinungen Wicliffe's an c), aber

b) *Aeneae Sylvii hist. Bohem. c.* 35.: Rexerunt scholam Pragensem usque in ea tempora Teutones. Id molestissimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam Putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliae civitatem literis studens, cum Johannis Wyclevi libros offendisset, quibus de realibus universalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit (um d. J. 1402). Inter quae de civili, de jure divino, de Ecclesia, de diversis quaestionibus, contra Clerum pleraque volumina, veluti pretiosum thesaurum, patriae suae intulit. Imbutus jam ipse Wiclevitarum veneno et ad nocendum paratus, tum quod erat familiae suae cognomen, putridum piscem i. e. foetidum virus in cives suos evomuit. Commodavit autem scripta, quae attulerat, his potissime, qui Teutonicorum odio tenebantur. Inter quos Johannes eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, qui anserem significat, cognomen mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, et lingua diserta, multumque dialecticis oblectaretur, et peregrinas opiniones amaret, avide admodum Wyclevitarum doctrinam arripuit, eaque Teutonicos vexare magistros coepit, sperans eo confusos Teutones scholas relicturos.

c) So lehrt er noch in s. *tract. de corpore et sanguine Domini*, welchen er im Gefängnisse in Costnitz schrieb (*Hist. et monum. I. p.* 47) ganz orthodox von der Transsubstantiation, und behauptet *cap.* 2. ausdrücklich, diese Lehre immer festgehalten zu haben. Vergl. auch sein Glaubensbekenntniß unten not. m. In seiner ***Responsio ad scripta Mag. Stephani Paletz*** sagt er (*Hist. et Monum. I. p.* 330): Ego enim fateor, quod sententias *veras*, quas M. Joan. Wicleff — posuit, teneo, non quia ipse dicit, sed quia divina scriptura, vel ratio infallibilis dicit. Si autem ali-

er schöpfte aus ihm eine tiefere Einsicht in die Gebrechen der Kirche, und stärkte an ihm seinen Eifer für Wahrheit und Sittlichkeit: daher empfahl und verbreitete er dessen Schriften d), und schloß mit dem eifrigsten Verehrer desselben, mit

quem errorem posuerit, nec ipsum, nec quemcunque alium intendo in errore, quantumlibet modice, imitari.

d) *Aeneas Sylvius l. c.* von Hußens Wirksamkeit als Prediger in der Capelle Bethlehem: Qui cum se libenter audiri animadverteret, multa de libris Johannis Wyclevi in medium attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri, adjiciensque crebro inter praedicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quae Wyclevi anima pervenisset, quem virum bonum, sanctum, caeloque dignum non dubitaret. Gegen die sich verbreitenden Wiclefitischen Irrthümer schrieb 1408 *Stephanus*, *Cartusiae Dolanensis Prior*, doch ohne Huß zu nennen, *Medulla tritici s. Antiwikleffus* in *Pezii thes. anecdotorum T. IV. P. II. p.* 149 *ss.* vergl. *p.* 157: Audivi crebrius, et quadam apostatica lectione cujusdam dialogi et trialogi (s. Abth. 3. §. 124. not. o) didici et obstupui, qualiter quidam insani Magistri et homines pestiferi Wikleffitici ordinis et schismatis, canina rabie concitati, cursu praecipiti, profanis et sacrilegis sententiis, et arte diabolica confectis articulis, s. matris Ecclesiae, magisterio S. Spiritus bene et optime dispositum, ritum et ordinem dedecorant et commaculant; et ausu temerario fabulationes nequissimas sic impudenter in medium proferunt, ut non solum post discursum peregrinarum nobis terrarum et districtuum, etiam in terris nostris Bohemiae et Moraviae, aulas Principum, collegia et cathedras sacerdotum, scholas studentium, promiscui sexus popularem tumultum fidelium, antra deserti claustralium, sed etiam segregatas in partem et pacem silentii Cartusiensium cellulas tuba illorum ululans et pestifera, muros et bonos mores transgrediens, cum terrore valido repleverit vehementer. Daß sich aus Wicleffs Schriften auch Zweifel an der Transsubstantiation verbreiteten, ersieht man aus dem Erlasse des Erzb. Sbynko v. Prag v. J. 1406 (*l. c. p.* 158), worin

Hieronymus Faulfisch, gewöhnlich Hieronymus Pragensis genannt, ein enges Freundschaftsbündniß, verfeindete sich aber dadurch die zahlreichen deutschen Lehrer der Universität Prag, welche sämmtlich Nominalisten und Gegner Wicliffe's waren. Nachdem Huß als eindringlicher Sittenprediger für das Volk sich bereits einen Nahmen erworben hatte, fing er auch als Synodalredner an das Verderbniß des Clerus zu strafen [e].

er den Geistlichen die Transsubstantiation zu predigen befiehlt mit der Drohung: qui aliter — dogmatizare auderet, — haereticus esset, et talis per nos taliter puniretur, quod et aliis merito poterit cedere in exemplum. Stephanus vertheidigt daher auch diese Lehre ausführlich in s. *Medulla tritici P. I.*

e) vergl. die *Conciones Synodicae* in d. *Hist. et Monum. II. p.* 34, z. B. p. 37: Sed dicite, o Clerici, si non durius dominamur cum Christianis, quam Reges gentium dominentur eorum? Ecce occurrit Laicus, aliquid molestiae, vel apparentis quandoque injuriae nobis faciens; statim abutendo privilegio clericali ex impatientia et arrogantia, saepius verbo, et frequenter facto dicimus: *citabo, vexabo, compescam ribaldum, deducam super eum acutum gladium spiritualis potestatis*, et si pauper incautus sententia excommunicationis percussus fuerit, gaudemus et gloriamur. Et tantum eos, non ex caritate et amore justitiae, sed ira et zelo vindictae dirae dominando opprimimus, quod etiam malum proverbium contra nos confinxerunt dicentes: *si offenderis Clericum, interfice eum; alias nunquam habebis pacem cum illo.* — Sed dicite ulterius vos Clerici, ubi practicatis, — quod *qui major sit in vobis, sit sicut minor, et qui praecessor, sicut ministrator* (*Luc.* 22, 26.)? Numquid quia amatis primas cathedras in synagogis, primos recubitus in coenis, salutationes in foro, et Patres, Magistri, aut Domini ab hominibus appellari? Numquid quia plus amatis post se clientem cruentatum cum gladio, quam Clericum humilem cum libro? Numquid quia quasi nihil de veris divitiis spiritualibus Ecclesiae curatis, sed totis curis et consiliis bonis temporalibus inhiatis? Numquid quia beneficia et officia ecclesiastica quaeri-

Der zufällige Umstand, daß der elende König Wenzel, welcher

tis, ut non serviatis in eis fideliter, sed ut per illa domine-mini vi, et vivatis gentiliter? — Vel utrum in hoc, quia gloriamini — in frequentia clientelae, in equorum pluralitate, in aedificiis superfluis, in multa supellectile, in congregatione pecuniae, in pauperum exactione, in contemptu pauperum et humilium, in veneratione divitum et superborum, in veridicorum despectione, in adulatorum amatione, et breviter in qualibet gloria et altitudine saeculari? Heu in hac magna injuria et offensa Christi Dei et suae regulae sol, Praelatus major, conversus est in tenebras, et luna, minor, in sanguinem. Et secundum b. Bernhardum, et alium Doctorem Gilbertum fa·um est in Clero abominabile monstrum super terram. Gradus summus, animus infimus; sedes prima, vita ima; lingua magniloqua, manus otiosa; sermo multus, fructus nullus; vultus gravis, actus levis; ingens auctoritas, nutans stabilitas; speculator coecus, praeco mutus, pugil mancus, praecursor lentus, medicus morbi ignarus. Et quia simile generat sibi simile, hinc est quod in quatuor temporibus multi scientiis nulli, et in moribus valde distorti ad sacros majores ordines promoventur, et fit tanta dehonestatio Cleri, quod sacerdotes vicarii a suis Plebanis longe ultra concubinas in servitutem et despectum rediguntur, fit in se dedecus Clero, ut etiam in temporalibus bonis per sacerdotes furta et latrocinia multa, et mala consilia cumulentur, sicut vos ipsi testimonium potestis perhibere. p. 38: Nunc igitur vos, sacerdotes, attendite, si non sunt inter vos consecrata vasa Deo abominabilia supra modum. Sunt namque multi ex vobis, Praelati, Canonici, Plebani, et alii Presbyteri, qui mulierculis coutuntur, velut idola colunt, ardent in desiderio et amore illarum: vexantur lascivia, et libidine turpi vinculantur multi, multi Plebani concubinarii fornicantur cum talibus corporaliter, quod in multis locis animalia gradientia super terram aperte demonstrant. O sacerdos, vas immundum, noviter ante cum scorto foedatum, et adhuc adulterina voluntate illi conjunctum, audes sic in te capere sacramentum omni decore et suavitate repletum?

durch die Feindseligkeit des Papstes Bonifacius IX. gegen den

Quomodo non times, quod ira Dei super te descendente statim confringaris cum Oza, qui ad tactum temerarium arcae domini statim percussus et mortuus est (2 *Sam.* 5, 6. 7.). Quis potest aestimare, quantum consecrata vasa concubinaria Clericatum hujus dioecesis dehonestant? Unde Dominus noster Archiepiscopus debet, quantum potest, rationabiliter etiam usque ad mortem laborare, et se exponere, ut sua illa vasa Deo consecrata a turpitudine concubinaria purgarentur, et cum ipse habeat ignem carceris et purgationis, et ministros sufficientes, debet ipse talia sua immunda vasa, quae per se purgari nolunt, igne illo carceris mandare purificari efficaciter et sufficienter. Sunt ulterius multi de vobis, qui crapula et ebrietate ultra Laicos turpiter maculantur, vadunt cum baculis ad tabernam, sicut Laici ad limina Sanctorum, et cum inde redeunt, male possunt ambulare, minus loqui, et minime tunc scire possunt, quid eorum dignitas sacerdotalis requirat. Ditiores eorum de eleemosyna frequentant ad invicem invitatos ad convivia, ubi cibus et potus in quantitate plures et majores, in substantia magis pretiosi, et in qualitate delicatiores, quam apud cives et nobiles apponuntur. Ubi Christus cum sua passione est proscriptus, sed carne spumante in libidine de mulierculis et factis venereis verbis impudicis colloquia consummantur etc. *Sermo synodalis ann.* 1405. *p.* 42 gegen die fornicatio Cleri, auch gegen die Entschuldigung, quod non sit peccatum mortale simplex fornicatio (s. *Conc. Paris. ann.* 1429. c. 2. oben §. 139. not. k); dann *p.* 43 gegen die avaritia Cleri. U. a. Quod detestabilissimum est, religiosi possessionati, qui a vulgo vocantur divites sive pingues Domini, Monachi, ex avaro fundamento fraternitatis fabricant literas, quibus magnificant sua opera, contra illud Salvatoris (*Luc.* 17, 10.): *cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus.* Illas autem literas solum tribuunt divitibus, facientes eos participes suorum operum, ut inclinati eorum conventibus, ventres et buccas rubentes reficerent, implerent marsupia, et praedia augmentarent. *pag.* 45: usuras exercent, negotiatores

Clerus überhaupt aufgebracht war, diese Strafreden gern

sunt, confessiones produnt, taxillis ludunt. Ecclesias ut otientur conveniunt, exinde rixas procurantes populi turbativas, filios spiritualiter suffocant, carnaliter generant, — spiritualem aedificationem, quae salvat animas, nihil curant. Sed ut augmentent censum, aut divitias, ex quibus eorum posteri luxuriantur et superbiunt uberius, optime se facere existimant, et pro eis subditos avare inducunt, ut etiam filiis praetermissis, parentibus et consanguineis pauperibus, pro ipsis abundantibus ordinent testamenta. — Et quid de Altaristis, Capellanis, et monstruosis Monachis, qui cum multa jam dicta exerceant, et choreas intrant publicas ducti patre Diabolo etc. — *Sermo de exequiis mortuorum ann.* 1411. *p.* 81: Videat ergo defunctorum beneficiarius, quid est sibi utilius, quid est Ecclesiae commodius, aut quid Deo honorificentius, et faciat illud pro mortuis, tanquam eis salubrius. Unde opus, quod maxime purgaret militantem Ecclesiam a crimine, ac stabiliret ipsam in mandatis Domini, et accenderet in amore Dei: illud foret opus maxime juvans dormientem Ecclesiam, quia militans purgata a peccato, stabilita in mandato, et in amore Dei accensa, ut sic, maxime succurreret Ecclesiae dormienti. Ex quo videtur, quod Evangelizatio sancta, sic, ut dicitur, disponens militantem Ecclesiam multum praestat suffragium Ecclesiae dormienti. Istud autem Satan considerans, maxime nititur Evangelizationem extinguere, et sophisticans tam sacerdotes, quam simplices, ducit utrosque in Charibdim: Clericos in avaritiam per venditionem triginta Missarum de Requiem, et laicos in praesumptuosam confidentiam, et emptionem simoniacam earundem. Jam enim in illis committitur taxa, sicut in vaccis, dum emuntur. Sic enim scit astutus hostis animarum fascinare homines, ut via praetermissa ad vitam securissima, incumbant super dubia. Quis enim ignorat, quin via securissima ad vitam est, vivere, ut Christus et Apostoli docuerunt? Et quis scit, quem triginta Missae a purgatorio liberarunt?

sah f), nützte ihm wenig: die Zahl seiner Feinde wurde dadurch vergrößert, und verbreitete sich auch in das Ausland, nachdem er in Gemeinschaft mit Hieronymus von Prag an der Spitze der böhmischen Nation eine Erweiterung der Rechte derselben auf der Universität Prag bewirkt, und dadurch den Abgang der Deutschen von dieser Universität veranlaßt hatte (1409) g). Huß stand jetzt an der Spitze der Prager Theologen, und hatte als Prediger einen ungemeinen Einfluß auf

f) Eine alte böhmische Chronik (*Contin. Benessii ab Horzowitz* in Pelzel's Lebensgesch. des Königs Wenzel. Th. 2. S. 553 f.) erzählt, daß so lange Huß die Sünden der Laien gestraft habe, er allgemein gelobt sey: »man sagte, der Geist Gottes spricht aus ihm: »So bald er aber den Papst, die hohe und niedere Geistlichkeit an»griff, ihren Stolz, Habsucht, Simonie, und andere Laster rügte, »und daß sie keine Güter besitzen sollten, predigte; so stand die ganze »Priesterschaft wider ihn auf, und sprach: er hat den Teufel im Leibe, »und ist ein Ketzer.« Als indeß der Erzbischof Sbynko sich deshalb bei dem Könige Wenzel beklagte, antwortete dieser: »so lange der »Magister Huß wider uns Laien predigte, habt ihr euch darüber ge»freuet; jetzt ist die Reihe an euch gekommen, so möget ihr es auch »zufrieden seyn.«

g) s. Pelzel a. a. O. S. 543 ff. 547 ff. Die königl. Verordnung vom 18. Jan. 1409, durch welche der böhmischen Nation, ad instar ordinationem, qua gaudet natio gallica in Universitate studii Parisiensis, tres voces beigelegt wurden, statt daß dieselbe bisher nur eine, und die deutsche Nation drei gehabt hatte, s. d. Pelzel Th. 2. Urkundenbuch S. 125. Da durch die Auswanderung der Deutschen der Stadt Prag viele Nahrung entging, so konnte die Geistlichkeit um so leichter gegen Huß aufhetzen, s. *Hussii sermo synodalis ann.* 1410 (*Hist. et monum. II. p.* 72): tacti veritate insistunt graviter, ut opprimant os praedicantium, insidias quaerunt, et non invenientes mendacium in ore praedicantium, veritatem accusant mendaciis, nunc dicentes, quia Magistri per adhaesionem errorum expulerunt nationes exteras, nunc mentientes, quia de corpore Christi male sapiunt, nunc false imponentes, quia Papam nihil esse dicunt.

das Volk: um ihn zu stürzen, ließ sich der Erzbischof von Prag Sbynko von Alexander V. bevollmächtigen, das Predigen in Privatcapellen zu verbieten, und Wicliffe's Schriften verbrennen zu lassen (1410) h). Als Huß dennoch in der Bethlehemscapelle zu predigen fortfuhr i), wurde er in Rom verklagt. König und Königinn, Adel und Universität nahmen sich indeß seiner an, und erlangten gegen die alsbald erfolgende Excommunication noch eine zweite Untersuchung k), während Huß sich sowohl als Wicliffe in mehreren Schriften zu vertheidigen suchte l). Der allgemeine Widerstand bewog endlich

h) Alexanders V. Bulle v. 20. Dec. 1409 ap. Raynald. h. a. no. 89. Ueber des Erzbischofs Verfahren Penzel a. a. O. S. 565 ff.

i) Hußens Appellation von dem Verfahren des Erzbischofes an den Papst Johannes XXII. s. *Historia et Monum. I. p.* 112 *ss.* Auch die Universität beschloß d. 15. Jun. 1410, quod Universitas nullo modo consentit Archiepiscopo Pragensi Sbinconi cum suis Praelatis in combustionem librorum Magistri Johannis Wiklef. Pelzel Th. 2. Urkundenbuch S. 130.

k) *Narratio et scripta quaedam rev. Viri M. J. Huss, quibus occasiones, initia et progressus certaminum ipsius cum factione Pontificia explicantur* in *Hist. et Monum. I. p.* 109 *ss.* Pelzel Th. 2. S. 577 ff. 585 ff. 591 ff.

l) s. *Jo. Huss. de libris haereticorum legendis* (*Hist. et Monum. I. p.* 127), Auctoritäten für den Satz: libri haereticorum sunt legendi non comburendi, dum in ipsis veritas continetur. *Ejusd. actus pro defensione libri Jo. Wicleff de trinitate sancta publice celebratus ann.* 1410 *Dom. post fest. S. Jacobi* (*l. c. p.* 131) u. a. p. 132: Malum dico combustionem librorum, quae combustio nullum peccatum de cordibus hominum sustulit, sed veritates multas, et sententias pulchras et subtiles in scripto destruxit, et in populo disturbia, invidias, diffamationes, odia multiplicavit et homicidia, et Christianissimum Regem Bohemiae in suspicionem malam regionibus aliis stulte et improvide deputavit. Et super haec omnia concausans pariter contra Trinitatis testimonium verbum

auch den Erzb. Sbynko seine Vorwürfe wegen Ketzerei zurückzunehmen m).

praedicationis evangelicae voluit alligare. *Ejusd. Replica contra Anglicum Jo. Stokes, Wicleffi calumniatorem, celebrata Dom. post Nativ. Mariae* 1411 (*p.* 135). *Defensio quorundam Articulorum Jo. Wicleff ann.* 1412 (*p.* 139). Zuerst Vertheidigung des Artikels: **Illi, qui dimittunt praedicare, sive verbum Dei audire propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, et in die judicii traditores Christi habebuntur.** Dann des andern (*p.* 146): **Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesiasticis habitualiter delinquentibus.** Des dritten (*p.* 156): **Decimae sunt purae eleemosynae.** *Jo. Hussii replica contra occultum adversarium ann.* 1411 (*p.* 168).

m) Wie aufgebracht auch das Volk in Prag gegen den Erzbischof war, s. *Stephani Prioris Dolanensis Antihussus* (geschr. 1412) *c.* 16. in *Pezii thes. anecd. T. IV. P. II. p.* 418: **Reverendus Pater, Dominus Archiepiscopus olim Sbinko, sancto insistens labori pro illorum malorum et principaliter pro illius venenati capitis malorum Wikleff et ejusdem sacrilegarum doctrinarum exterminio, factus fuit ex inobedientia et rebellione illius Magistri Huss velut contemptibilis et pene fabula in populo, ita ut plerique insolentes vulgares ac ironicas de eodem viro Dei confingerent et decantarent cantiones** (*Sbynyek Knyhy spalyl* etc. vollständiger b. Pelzel II. S. 568: der Erzbischof Sbynko, ein Abeceschütz, hat Bücher verbrannt, ohne zu wissen, was darin geschrieben war) **publice per plateas contra justissimam — combustionem librorum hominis istius haereticae pravitatis.** Beide streitende Theile, Huß und der Erzbischof, verstanden sich im Jul. 1411 dazu, sich einem von dem Könige ernannten Schiedsgerichte unterwerfen zu wollen (Pelzel II. S. 585 ff.): diese entschieden unter andern, daß der Erzbischof dem Papste berichten solle, daß in Böhmen keine Irrthümer herrschten. Huß reinigte sich gegen allen Verdacht durch ein Glaubensbekenntniß, welches er den 1. Sept. ablegte (s. b. Pelzel II. Urkundenbuch S. 144 ff.). In demselben sagt er u. a. **fidenter, veraciter et constanter assero, quod a veritatis aemulis sinistre**

Als sich aber darauf Huß nebst seinem Freunde Hieronymus v. Prag durch die gegen den König Ladislaus erlassene

sedi Apostolicae sum delatus: false siquidem detulerunt et deferunt, quod docuerim populum, quod in sacramento altaris remanet substantia panis materialis. False, quod quando elevatur hostia, tunc est corpus Christi, et quando ponitur, tunc non est. False, quod sacerdos in peccato mortali non conficit. False, quod Domini a Clero auferant temporalia, quod decimas non solvant. False, quod indulgentiae nihil sunt. False, quod gladio materiali suaserim Clerum percutere. False, quod praedicaverim vel tenuerim aliquos vel aliquem errores vel errorem, vel aliquam haeresim, vel quod seduxerim a via veritatis populum quoquo modo. False, quod causa extiterim, quod quidam Magistri Teutonici expulsi de Praga fuerint, cum ipsi nolentes almae Universitatis studii Pragensis tenere fundationis privilegium, nec serenissimi Principis — Wenceslai — Regis volentes parere mandatis licitis, putantes, quod absque eorum praesentia non valeret Pragensis Universitas subsistere, nullo pellente ad propria vel quo ipsis placuit recesserunt. Fateor autem me a reverendissimi in Christo Patris Domini Sbinkonis sententia ad sedem appellasse Apostolicam, demum a processibus, qui ex informatione sinistra a s. sede Apostolica emanarunt. Sinistre etenim veritatis aemuli, honoris sui et salutis immemores sedi Apostolicae suggesserunt, quod in regno Boemiae in civitate Pragensi et Marchionatu Moraviae errores pullulassent et haereses, et multorum corda infecissent adeo, quod — necessarium foret correctionis remedium adhibere. False denique suggesserunt, quod Capella Bethleem foret locus privatus, cum ipsa sit ab ordinario Episcopo locus in beneficium ecclesiasticum confirmatus, cujus destructio honorem Dei aliquantulum in populo tolleret, animarum profectum minueret, causaret scandalum, et populum contra destructores non modice provocaret. Citatus autem personaliter ad Romanam Curiam, optabam comparere humiliter: sed quia mortis insidiae tam in regno quam extra regnum, praesertim a Teutonicis sunt mihi positae, ideo multorum

päpstliche Kreuzbulle (1412) n) gedrungen fühlte, noch kräftiger als vorher gegen den Ablaß und andere kirchliche Mis-

fretus consilio judicavi, quod foret Deum tentare vitam morti tradere profectu Ecclesiae non urgente. Igitur non parui personaliter, sed advocatos et procuratores constitui, volens sanctae sedi Apostolicae obedire. Quapropter, summe Christi Vicarie, humiliter vestrae Sanctitatis imploro clementiam, quatenus me a comparitione personali — benigniter absolvere dignetur, quia per Serenissimum — Wenceslaum — Regem, necnon per Reverendissimos Patres — Wenceslaum Patriarcham Antiochenum, Dominum Conradum Olomucensem Episcopum, Illustrem Principem Dom. Rudolfum Ducem Saxoniae s. Imperii Electorem etc. — cum praefato reverendissimo in Christo Patre Domino Sbinkone sum totaliter concordatus: nam offerebam me ad respondendum omnibus et singulis objiciendis, etiam referens me ad totum auditorium, quod, si quid contra me deduceretur, vellem etiam ignis incendio nisi cederem emendari etc. Der Erzb. Sbynko faßte ein Schreiben an den Papst ab, welches von dem Könige genehmigt wurde, in welchem er erklärte (*Hist. et Monum. I. p.* 111): Errores haereticos in Regno Bohemiae, in civitate Pragensi, et Marchionatu Moraviae nescio, nec aliquis super hac re convictus est, pro qua foret aut fuisset ecclesiastice puniendus. Ego etiam et Magister Joannes Huss, necnon caeteri Universitatis Studii Pragensis Doctores et Magistri super singulis dissensionibus atque rixis inter nos utrumque subortis — sumus plenarie concordati. Quapropter, beatissime Pater, famam praedicti Regni laudabilem ex pastorali officio conservare desiderans, ad Vestrae Sanctitatis clementiam confugio, supplicando, quatenus super Christianissimo regno S. V. piis dignetur moveri visceribus, excommunicationem et censuras exinde ortas cessare et annullare. Indeß dieses Schreiben ging nicht ab, da Sbynko schon den 28. Sept. 1411 starb.

n) s. §. 130. not. u. Die Ablaßbulle und eine andere, durch welche Commissarien zu den Kreuz- und Ablaßpredigten ernannt wurden, s. *Hist. et Monum. I. p.* 212 *ss.*

bräuche zu eifern o), und als er das Volk gegen diesen Unfug

o) *Quaestio Mag. Jo. Huss, disputata ab eo ann.* 1412 (*Hist. et Monum. I. p.* 215), eine Abhandlung über die Frage: Utrum secundum legem Jesu Christi licet et expedit pro honore Dei, et salute populi, ac pro commodo regni bullas Papae de erectione crucis contra Ladislaum Regem Apuliae et suos complices Christifidelibus approbare? Er betrachtet in der Bulla de erectione crucis dreierley, *indulgentiam omnium peccatorum, subsidia bellorum,* et *circa utraque ista modum.* Ueber das erste *p.* 216: est indulgere gratis concedere, — sive remittere vindictam, quam reus deberet pro excessu sustinere. — Sic autem indulgere peccatoribus est Deo proprium. — Sacerdotes Christi habent potestatem vere poenitentes absolvere a poena et a culpa. — Sacerdos potest sacramentaliter ostendere, sibi confitentem taliter absolutum, qui ad tantum conteritur, quod statim decedens sine poena purgatorii ad patriam perveniret, et hoc est sacerdotum absolvere. — *p.* 217: Unde sapientes Christi sacerdotes non asserunt simpliciter, quod confitens sit a peccatis solutus, sed sub conditione ista: si dolet, et nolit peccare amplius, et confidit de Dei misericordia, et vult imposterum mandata Dei observare. — Nullius Papae vel Episcopi prodest indulgentia homini, nisi de quanto prius se disposuerit apud Deum. Ueber das zweite: Licet saeculari brachio pugnare, et sibi subsidia ad bellandum praestare, habitis conditionibus caritatis. — Non licet Romano Pontifici, nec expedit sibi, vel cuicunque Episcopo vel Clerico pro dominatione saeculari, vel mundi divitiis pugnare. Vergl. das Beispiel Christi Luc. 22, 51. — *p.* 218: Quomodo ergo Romanus Pontifex non timet in multorum hominum mortem per crucis erectionem et procurationem stipendii consentire, immo praestare remissionem omnium peccatorum ex eo, quod quis Christianos quam plurimos trucidaret? Revera non cepit exemplum illud a Christo Jesu, qui invasus ab hostibus cum suo grege pusillo, valens omnes uno verbo interimere, dixit patientissime *Jo.* 18, 8: *si me quaeritis, sinite hos abire. p.* 219: Litteris Papae de crucis erectione contra Christicolas quidam obe-

diunt ex ignorantia, ut Laici simplices, et omnes illi, qui in nullo putant resistendum jussioni Papae, male accipientes illud *Deut.* 17, 10—12. Ubi capiunt, quod omnis sententia Papae est tenenda, quod, inquit Doctor de Lyra, est manifeste falsum, quia sententia, inquit, nullius hominis, cujuscunque auctoritatis, tenenda est, si contineat manifestam falsitatem sive errorem. *p.* 220: Videamus, si Salvator noster in casu simili ita fecit, et patebit in lege sua contrarium. Nam *Luc.* 9, 51 *ss.* dicitur: *Ipse Jesus faciem suam firmavit, ut iret in Hierusalem, et misit nuncios ante conspectum suum, et euntes intraverunt civitatem Samaritanorum, ut praepararent illi, et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Hierusalem. Jacobus et Joannes dixerunt: Domine, vis, dicimus, ut ignis descendat de caelo, et consumat illos, sicut Helias fecit. Et conversus increpavit eos dicens: nescitis, cujus spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare.* Videat ergo Papa, cur personas utriusque sexus in exterminium, non dico Samaritanorum, sed Christianorum concitat sub obtentu remissionis peccatorum omnium: et non datur per eum alia causa, nisi nonsolutio pecuniae vasallatus Ladislai, et nonsusceptio ejus pro patre sanctissimo, ac rebellio et hostilis impugnatio, sicut sui nuncii et bullae protestantur. *p.* 221 in dem *Modus donationis indulgentiarum* wird gerügt, daß die mit dem Anathema belegt werden, welche dem Ladislaus und den Seinen ein kirchliches Begräbniß zukommen lassen würden, daß alle Gläubige aufgefordert werden, ut ad Ladislai et sequentium rebellium exterminium se accingant, daß der Ablaß auch für Geldunterstützung versprochen werde u. s. w. *pag.* 228: Res corporalis quantumcunque parvi pretii non debet emi, nisi cum ista prudentia, quod emptor de vendito probabiliter sit securus. Sed Papa non potest assecurare aliquem, quod post mortem vel ante tantam indulgentiam habebit. Ideo probabiliter est tale commercium dimittendum. Papa enim subducta revelatione nescit de aliquo, nec de se ipso, si sit praedestinatus a Domino: quod si praescitus fuerit, non proderunt sibi tales indulgentiae ad beatitudinem contra ordinationem Domini aeternaliter ordinantis. Ideo cum Papa non potest generali-

ter procurare tales indulgentias sibi ipsi, est multis evidens, quod tales indulgentiae sunt suspectae: non enim obstat fidei, quod multi Papae, qui concesserunt verbaliter amplas indulgentias, sunt damnati: quomodo igitur possunt defendere suas indulgentias coram Deo? *pag.* 229: Positis indulgentiis papalibus a poena et a culpa, ut praemittitur, videtur, quod potest Papa purgatorium destruere. Probatur. Quia potest Papa quemlibet in agone contritum et confessum a poena et a culpa absolvere, et cuilibet potest dare illam gratiam post se in futurum, et non obstat aliquid, nisi forte invidia vel negligentia. Det ergo cuilibet in futurum, et dato illo nullus veniet ad purgatorium, quo dato omnes vigiliae, missae defunctorum, oblagia, largae eleemosynae, anniversaria, omnia alia suffragia, ut commemorationes perpetuae, dotationes Capellanorum, extructiones claustrorum et altarium, pro hujusmodi hominibus forent frustra. — Sed istud consequens Clerum non modice conturbaret. Unde vel oportet eos negare habere potestatem hujusmodi ad dandum sic indulgentias, vel incidere in consequens jam indictum. Si autem dicitur, quod licet habet potestatem dare Papa sic indulgentias, non tamen debet, nisi ex causa rationabili, scilicet quando impugnatur, vel indiget pecuniis: revera orandum erit fidelibus, ut impugnetur, et indigeat pecuniis, quia tunc thesaurum Ecclesiae fidelibus aperiet ad salutem. *pag.* 232. Es passe hier Jer. 6, 13. u. 8, 10.: *a minimo usque ad maximum omnes avaritiae student, et a Propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.* Omnes enim datores indulgentiarum, quaestores de voto, et praedicatores erectionis crucis student mirabiliter avaritiae, omnem sollicitudinem Diaboli cautelosam apponentes, nunc praedicando, quod summa venit populis gratia, nunc quod coelum est eis apertum, nunc quod progenitores possunt per illas indulgentias redimere, nunc quod qui negligit tantam gratiam, perdit vitam aeternam, nunc literas absolutionis care vendendo, nunc peregrinationem debitam ex voto pecuniis et alia vota compensando. Ferner schrieb Huß *Contra Bullam Papae Jo. XXIII. replica l. c. p.* 235, in welcher er zehn inconvenientia derselben kurz aufdeckt. U. a. Praedicandum est ergo populo, ut promulgatione

im höchsten Grade aufregte p); da konnte nichts mehr den

r) *Brzezyna* erzählt davon an zwei Stellen, *Ludewig Reliq. VI. p.* 142 und ausführlicher *p.* 185. Am letztern Orte heißt es: Factum est anno Dom. 1419, quod Presbyteri cum eorum vicariis prope castrum Bechinense durius sic (*sub utraque specie*) communicantibus insultabant, eosdem armata manu de Ecclesiis eorum expellentes, tanquam erroneos et haereticos. Qua de re Presbyteri cum sibi juncto populo montem magnum magna planicie exornatum ascendunt, et in ejus summitate tentorium de lineis pannis ad modum capellae expandunt. In quo agentes divina, populum ibidem confluentem, sine ullius communionis impedimento, venerabilis Eucharistiae sacramento devotissime reficiunt. Qua peracta et depositis lineis pannis ad propria redeunt, et monti nomen Tabor imponunt (*Tabor* ist böhm. das Zelt: wahrscheinlich knüpfte sich aber

die Stadt Tabor gründeten, entzündete sich mit dem Gefühle der Kraft der heftigste Fanatismus. Unter Anführung des

daran auch eine Beziehung auf den Berg der Verklärung), ad quem venientes Taboritae sunt nuncupati. Haec cum ad aures adjacentium civitatum, oppidorum et villarum devenirent, fratres Presbyteri circumcirca vicini, condicta certae festivitatis die, populum eis junctum cum venerabili corporis Christi sacramento ad Tabor sonoris vocibus deducunt pro veritatis ibidem, ut dicebant, confirmatione, ac fratrum sororumque ibidem existentium confirmatione ac consolatione. Quibus taliter venientibus occurrunt de Tabor cum venerabili altaris sacramento fratres ac sorores pro alacri venientium susceptione. Venientes illi itaque in montem totam diem non in lasciviis, sed in his quae salutem animarum concernunt expendebant. Presbyteri nempe eorum terno functi sunt ibidem officio: doctiores namque ac eloquentiores a summo mane populo per normas diviso, seorsum viris, ac seorsum mulieribus et pueris verbum Dei, et praesertim ea, quae superbiam, avaritiam fastumque Cleri concernebant, sine omni formidine populo alternatim praedicabant, aliis pro tunc continue ad auricularem confessionem considentibus: et tertii peractis divinis populum a diescente usque ad meridiem utraque specie, corporis scilicet et sanguinis Domini Christi, communicabant. Ita quod in die Mariae Magdalenae (d. 22. Juli) XLII. millia cum aliquot et XX., virorum, mulierum et parvulorum taliter communicantium fuerunt a Presbyteris computati. Quibus omnibus taliter, ut praemittitur, expeditis vadunt pro corporis refectione ad loca ibidem in monte multipliciter praeparata, et simul in caritate fraterna convivantes, non ad libidinem aut ebrietatem, non ad levitatem et dissolutionem, sed ad majorem et fortiorem Dei servitutem. Ibique omnes sese fratres et sorores appellantes, ditior cum paupere victualia, quae erant praeparata, dividebant. Ibi nihil, quo inebriari posset, permissum fuerat propinari. Ibi etiam nulla chorea, nullus taxillorum et globorum, aut alterius levitatis ludus, non dico seniorum, sed et parvulorum, habebat indulgentiae locum. Ibi denique

Ziska zog ein Haufe von Taboriten nach Prag, und rächte die Unbilden, die dort ihrem Kelche widerfuhren, auf eine

nullae contentiones, nulla furta, nullae sonantium fistulae, aut cythararum melodiae, prout hactenus in Ecclesiarum dedicationibus fieri solebat, potuit reperiri: sed omnium, more Apostolorum, fuit unum cor et una voluntas, nihil aliud tractantes, nisi quae forent de animarum salute ac de Cleri ad pristinum, primitivae scil. Ecclesiae, statum reductione. Peracta itaque, ut dictum est, modica corporis refectione, surgunt cum populo Presbyteri ad agendum Deo gratiarum actiones, cum venerabili Eucharistia Tabor montem processionabiliter circumeunt, virginibus sacramentum praecedentibus, et viris ac mulieribus in suis turmis sequentibus, vociferantes et psallentes in canticis, prout videbatur expedire. Hac processione finita, vale sibi mutuo facientes cum suis Presbyteris — veniunt unde exiverunt. Factum est autem, cum supra dicta in longiores partes vulgarentur, coepit numerus venientium de die in diem notabiliter augmentari. Nam non solum jam de Pyska etc. —, sed de Praga etc. —, necnon de multis locis Moraviae pedestres et equestres in Tabor confluebant. — Quapropter — Rex Wenceslaus cum quibusdam inimicis veritatis coeperunt graviter ferre, timentes ne tanta populi multitudo Regem et Archiepiscopum, prout famabatur, pro defensa legis Dei eligerent, et eorum bona velut adversariorum per potentiam, cui resistere non valerent, invaderent ac depopularent (vergl. *p.* 143: Quamobrem Rex Boemiae Venceslaus multum est turbatus, se de regali solio dejici timens et expavescens, Nicolaumque de Hus in locum sui substitui suspicando). Quidam ea de causa ex nobilibus districtius subditis suis sub poena colli et bonorum perditione praecipiunt, ne per amplius ad montem Tabor audeant concurrere. Sed hujusmodi mandatum rustici cum suis mulieribus modicum aut nihil advertentes, potius dimissis omnibus, quae possederant, ad Tabor montem in certis festivitatibus venire nullatenus negligebant, allecti et attracti, prout ferrum attrahit magnes.

blutige Weise an dem Rathe der Neustadt (30. Juli 1419) s). Als Wenzel gleich darauf starb (16. Aug.), so entstand, da man sich dem verhaßten Sigismund nicht unterwerfen wollte, völlige Anarchie, welche durch die jetzt hervortretende bedeutende Lehrverschiedenheit zwischen den Prager Hussiten und den Taboriten noch vermehrt wurde.

Die Prager Hussiten (Calixtiner, Utraquisten) gingen über Huß und Jacobellus in ihrer Lehre, welche sie 1421 in vier Artikeln darlegten, nicht hinaus t). Dagegen war

s) *Brzezyna* b. *Ludewig VI. p.* 143. *Aeneae Sylvii hist. Bohem.* c. 37. *init.* Pelzel Th. 2. S. 684 f.

t) *Brzezyna p.* 175 *ss.* Magistri civium, consules et scabini totaque communitas civitatis Pragensis erklärten in diesem lateinisch, böhmisch und deutsch abgefaßten Documente: Notum sit omnibus Christifidelibus, quod fideles in regno Bohemiae instant, et Domino juvante instare proponunt sive per mortem, sive per vitam, quantum est eis possibile, pro articulis infra scriptis: *Primo*, quod verbum Dei per regnum Bohemiae libere et sine impedimento ordinate a sacerdotibus Domini praedicetur. — II. quod Sacramentum divinissimae Eucharistiae sub utraque specie, panis scil. et vini, omnibus Christifidelibus nullo peccato mortali indispositis libere ministretur juxta sententiam et institutionem Salvatoris. III. quod dominium saeculare super divitiis et bonis temporalibus, quod contra praeceptum Christi Clerus occupat in praejudicium sui officii et damnum brachii saecularis, ab ipso auferatur et tollatur, et ipse Clerus ad regulam evangelicam et vitam apostolicam, qua Christus vixit cum suis Apostolis, reducatur. — IV. quod omnia peccata mortalia, et speciatim publica, aliaeque deordinationes legi Dei contrariae in quolibet statu rite et rationabiliter per eos, ad quos spectat, prohibeantur et destruantur. Quae qui agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus, ut sunt in populo fornicationes, comessationes etc. — In Clero autem sunt simoniacae haereses et exactiones pecu-

Böhmen seit der Spannung mit der Kirche auch Sammelplatz der anderswo verfolgten **Begharden**, hier **Pikarden** ausgesprochen, geworden. So fand sich schon 1418 eine kleine Gemeinde waldensisch Gesinnter in Prag u): bald schlossen sich

niarum a baptismo etc. — moresque impii et injusti, ut sunt impudici concubinatus, — irae, rixae, contentiones, frivolae citationes, et hominum simplicium pro lubitu vexationes et spoliationes etc. — Quod si aliquis ultra hanc piam nostram et sanctam intentionem aliqua nobis adscribat impudica et enormia, tanquam falsus et iniquus testis a Christifidelibus habeatur etc.

u) s. Dobrowsky in d. Abhandlungen der böhm. Gesellschaft d. Wissenschaften f. 1788. S. 309 f. und das daselbst ex Ms. mitgetheilte Fragment des *Brzezyna:* Origo autem et radix hujus maledictae haeresis pervenit ad Boemiae regnum a quibusdam Piccardis, qui anno 1418 Pragam cum uxoribus (et liberis venerunt). Sie müssen aber schon 1417 dorthin gekommen seyn, denn die dortige Universität erklärt sich schon den 25. Jan. 1417 (d. i. 1418) gegen sie (b. Pelzel Th. 2. Urkundenbuch S. 163): Sane, quod nimis dolenter referimus, ad audientiam nostri crebris relatibus et clamoribus iteratis est deductum, quomodo nonnulli diversarum communitatum ex erronea et diabolica doctrina in destructionem fidei ac religionis Christianae temere tenent et adstruere conantur, non esse purgatorium, et consequenter quod non sit orandum vel eleemosynandum pro defunctis. Quodque non sint tenendae in Dei Ecclesia imagines, immo asseverant, quamvis false, quod habere Christi et Sanctorum imagines legi Domini repugnaret. Insuper quod benedictiones salis et aquae fontis baptisterii — cum aliis Ecclesiae benedictionibus — errorem saperent. — Et hinc illas cum aliis laudabilibus Ecclesiarum ceremoniis funditus evellere et destruere nituntur. — Supplicamus, ut si ad vos dogmatisatores quicunque praedictorum errorum cum suis falsis sententiis pervenerint, — tamdiu illis liberam denegetis audientiam, quamdiu coram nobis suam docerent sententiam fore justam.

diese aber den Taboriten, als den eifrigsten Gegnern der herrschenden Kirche an v), und verbreiteten unter denselben ihre Grundsätze mit dem größten Erfolge. Die Taboriten verwarfen demnach alle nicht in der Schrift gegründete kirchliche Lehren, Einrichtungen und Gebräuche mit buchstäblicher Aengstlichkeit, sie verabscheueten alle weltliche Vergnügungen, selbst die weltlichen Wissenschaften w): ihr religiöser Fanatismus,

v) *Thom. Ebendorffer de Haselbach* D. theol. auf der Univ. zu Wien († 1460) *Chron. Austriacum* in *Pezii Scriptt. rerum austr. II. p.* 846: Ibi quoque sumta occasione Waldenses, qui usque latuerunt, suas cervices erexerunt, primum latenter suos inducentes errores, postea vero armata manu defensare et alios ad eosdem nisi sunt compellere.

w) Der Calixtiner *Brzezyna* fährt nach der not. r mitgetheilten Stelle p. 190 so fort: Cum haec talia, ut praemittitur, agerentur, et plurimi tam nobilium quam vulgarium sexus utriusque, dimissis vanitatibus, legi Dei operam darent: Diabolus saluti generis humani inimicus per aliquos falsos fratres Presbyteros mundo legis Dei tritico varias errorum et haeresium superseminavit zizanias. — Nam cum eo tempore non esset Rex et Princeps in Israel, ad quem subditi haberent respectum, faciebat unusquisque quod sibi rectum videbatur. Et plurimi Taboritarum Presbyteri, magnam habentes populi confluentiam et adhaerentiam, dimissis ss. doctorum Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii et caeterorum ab Ecclesia approbatorum sententiis, suis de propriis ingeniis elaboratis glossis antiquum et novum interpretati sunt Testamentum, multa falsa et erronea veris immiscentes, per quae facilius corda simplicium poterant ad eorum sententias inclinari. Fundamentum autem omnium malorum sequentium fuit erroneus Scripturarum intellectus. Dicebant namque eorum directores et doctores, quod non oportet doctorum, qui fuerunt puri homines, uti scholarum sententiis, cum Christus Deus et homo sufficienter in novo Testamento expressit omnia, quae cuilibet homini viventi sunt necessaria ad salutem, et quomodo vetus novum, et vice versa novum vetus exponit

von äußern Gefahren bedroht, öffnete sich aber auch auf sehr

Testamentum. Ihre Lehre machten sie 1420 in 14 Artikeln bekannt: I. Nulla scripta aut dicta quorumcunque doctorum a fidelibus sunt tenenda, — nisi quae in canone Bibliae explicite continentur, quia omnes libri talium sunt astutiae Antichristi et abjiciendi, destruendi aut comburendi. II. Omnis homo in eo, quod studet in artibus liberalibus, aut gradus in eisdem accipit, est vanus et gentilis, et peccat contra Evangelium D. N. J. C. III. Nulla decreta ss. Patrum aut seniorum instituta, nullus aliquis ritus, aut traditio humanitus inventa sunt tenenda: sed omnia talia sunt abolenda et destruenda, velut Antichristi traditiones, cum Christus et ejus Apostoli ea fieri nullibi in novo Testamento expresserunt. IV. Ex praedictis concludebant sequentia, quod nullum chrisma, aut sacrum oleum, aut aqua baptismalis sunt consecranda vel sanctificanda. Similiter calix nullus, corporale, ornatus et de aliis rebus in Ecclesia fieri consuetis sunt exorcissanda, benedicenda aut sanctificanda. Similiter nullae horae canonicae sunt dicendae. Nec ritus Missae in ornatu et signis ac ordine dudum ab Ecclesia constituto, nec cantus ecclesiastici sunt tenendi, sed potius tanquam humanae traditiones et legis Dei impeditiva abjicienda et destruenda. V. Infantes non debent cum exorcismis et solitis in baptismate compatribus in aqua ad hoc benedicta et consecrata baptisari. Sed possunt in quacunque unda recenti, et ubi libuerit, baptisari. VI. Omnes libri missales aut cantuales, similiter et viatici et libri hymnorum, et omnis ornatus seu vestes missales, aut alia spiritualia pro peragendis divinis indumenta, monstrantiae et calices, aut cinguli argentei vel aurei, et omnis vestis polymita, et conspersa, aut quovis modo depicta: haec omnia sunt destruenda vel comburenda, magisque licet rusticis in dictis sacris vestibus incedere, et cappas et manicas ex eis facere, quam Presbyteris in eis peragere divina. VII. Confessiones auriculares non sunt curandae aut observandae, nec ad eas peccatores etiam criminales obligantur, sed soli Deo sufficit mente tenus confiteri. VIII. Jejunia quadragesimalia, quatuor temporum, in vigi-

liis, caeteraque humanitus aut consuetudine introducta non sunt a fidelibus observanda, sed pro velle sui beneplaciti unusquisque his diebus comedat, quicquid habet, aut quod sibi apparabit. IX. Dominico die excepto nulla alia festivitas est ex aliquo debito celebranda a fidelibus. X. Omnis Presbyter cum platta et in ornatu vel superpellicio divina peragens, aut Missam ritu consueto celebrans, est sicut illa meretrix, de qua scribitur in Apocalypsi, a fidelibus contemnenda. Sed Missa est ad instar Christi et Apostolorum cum barbis et sine platta in communi veste et sine altari, in quocunque loco contigerit, celebranda. Et sacramentum Eucharistiae alta voce propter adstantes est conficiendum, et ipsum non est elevandum, nec in crastinum est conservandum. XI. Sacerdotes evangelici domos eis ratione eleemosynae pro perpetuo a Laicis concessas aut deputatas non possunt licite inhabitare, nec possunt habere bona temporalia, jure civili ab eisdem subtracto penitus et ablato, nec a taliter habentibus accipienda sunt sacramenta, quamvis jus sic habendi eis esse illicitum notorie recognoscant. XII. Post mortem corporalem animarum fidelium non est credendus locus purgationis aut tenendus, stultumque et inane est pro fidelibus defunctis exorare, aut alia pietatis opera exercere. XIII. Invocationes aut postulationes nostrae, tam mentales, quam vocales, ad sanctos, qui sunt in caelesti patria, pro aliquibus suffragiis sapiunt haeresin aut idololatriam. XIV. Nulla imago nec aliqua similitudo eorum, quae sunt in coelo et terra, sub poena idololatriae est habenda, sed quaelibet talis est tanquam idolum destruenda et comburenda. Quia scriptum est *Exodi* XX.: *non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem.* In den weiteren Erläuterungen setzt Brzezyna hinzu, daß sie sich für die Verwerfung aller nicht in der Bibel gegründeten Gebräuche berufen hätten auf *Apoc.* 22, 18.: *si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:* und auf Christi Wort gegen die Schriftgelehrten und Pharisäer *Matth.* 15, 6.: *irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.* Nachdem die Prager ihre 4 Artikel bekannt gemacht hatten (s. not. t), so sandte ihnen den 5. Aug. 1421 Taboritarum et omnis advenarum communitas 12 Artikel zu,

erklärliche Weise mancherley apocalyptischen Schwärmereyen x).

als Grundlage einer fernern Gemeinschaft mit den Pragern, *Brzezyna p.* 185: II. quod articuli, ad quos Capitanei, consules et communitas consenserunt (die so eben mitgetheilten), quia jam dudum sunt per praedicatores proclamati, teneantur et observentur sub poenis promulgatis. III. quod manifesti peccatores — non tolerentur absque poena. IV. quod potationes tabernales — non fiant. V. quod vestes superbas non portent. VI. quod in artificiis et foro provideatur, ne fiant illusiones, spolia, usurae, juramenta, inutilitates et vanitates, doli etc. VII. quod jura paganica et teutonica, quae non concordant cum lege Dei, tollantur, et jure divino ut regatur, judicetur, et totum disponatur. VIII. quod sacerdotes ex parte servent se secundum ordinem divinum et imitationem propheticam et apostolicam. IX. ut magistri subjiciantur regulariter juri divino, sicut et alii fideles Christiani, et suas proscriptiones ut ad voluntatem Dei regulent et in praetorio reponant, ut examinentur juxta legem Dei. X. ut omnes census sacerdotum ad bonum commune convertant, et usurarios destruant. XI. ut adversarios veritatis Dei ex se ejiciant, et profugos et bannitos ne suscipiant. XII. ut Monasteria haeretica destruant et corrumpant, Ecclesias non necessarias, et altaria, imagines patenter et occulte servatas, ornatus superbos, et calices aureos et argenteos, et omnem antichristianam plantationem idololatricam, et simoniacam pravitatem, quae ex Deo, patre coelesti, non est.

x) *Brzezyna p.* 155 z. J. 1420: Item hisce temporibus sacerdotes quidam Taborienses novum Christi adventum praedicabant populo. In quo adventu omnes mali et veritatis aemuli perire debeant et exterminari, et boni duntaxat in quinque conservari civitatibus. — Harum haec sunt nomina Pilzna, quae per ipsos civitas solis est appellata, Zatecz, Luna, Slana et Laatowia. — Quorum sententiis frivolis, tanquam veridicis, multi simplicium zelum habentes secundum Apostolum, sed non secundum scientiam, acquiescentes, bona sua pro levi etiam pretio vendendo, ad ipsos de diversis regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae districtibus cum uxori-

Dagegen konnten unter diesen Taboriten, oder, wie ihre Gegner sie gewöhnlich nannten, Picarden jetzt nur noch Wenige für

bus et pueris confluebant, et pecunias ad pedes ipsorum sacerdotum projiciebant. Ihre Lehrsätze werden p. 203 ss. ausführlich angegeben. Primo, quod in praesentis saeculi consummatione adveniet Christus occulte, sicut fur, novo adventu ad regnum suum reparandum, pro quo oramus: *adveniat regnum tuum:* et in hoc adventu non erit tempus gratiae, sed ultionis et retributionis in igne et gladio. Ita quod omnes legis Christi adversarii debent perire septem plagis novissimis, ad quarum executionem sunt fideles provocandi. — Item in hoc tempore ultionis quilibet fidelis, etiam Presbyter, quantumcunque spiritualis, est maledictus, qui gladium suum corporalem prohibet a sanguine adversariorum legis Christi, sed debet manus suas lavare in eorum sanguine et sanctificare. Item isto tempore ultionis, quicunque audiverit praedicari vocem Christi, qua dixit: *tunc qui in Judaea sunt, fugiant ad montes;* et qui non exiverit de civitatibus — ad montes corporales, ubi modo Taborienses vel eorum fratres congregantur, ille peccat mortaliter contra praeceptum Christi, et in peccato suo peribit, quia nunc nemo salvari potest a plagis Domini, nisi veniant ad montana. Item hoc tempore ultionis omnes civitates — debent desolari, destrui et comburi, quia jam nec Dominus Deus nec aliquis in eas ingreditur. Item quod fratres Taborienses isto tempore ultionis sunt angeli missi ad educendum fideles de omnibus civitatibus — ad montes, sicut Loth de Sodomis. — Sunt exercitus a Deo per totum mundum missus ad tollendum omnia scandala de regno Christi, quod est Ecclesia militans, et ad ejiciendum malos de medio justorum, et ad faciendum vindictam, — et nationes adversariorum legis Christi et eorum civitates — evertendas. — Item in fine istius consummationis saeculi Christus descendens de coelo manifeste veniet, — ut regnum in hoc mundo assumat, et faciet grande convivium et coenam agni, veluti nuptias sponsae suae Ecclesiae hic in montibus corporalibus. — Item in adventu Christi isto secundo ante diem judicii cessabunt Reges,

die Lehre gewonnen werden, daß Brot und Wein im Abendmale bloße Zeichen seyen, und diese wurden von den Uebrigen mit dem Ketzernamen Picarden belegt, und vom Tabor vertrieben. Umherirrend verfielen mehrere von ihnen noch dazu in den Irrthum des freien Geistes, und wurden Adamiten genannt, aber alsbald (1421) von Ziska ausgerottet y). Ihr

Principes, ac omnes Ecclesiarum Praelati; — in hoc regno reparato nullum erit peccatum; — parient mulieres infantulos suos sine dolore et peccato originali (*Isaiae* 66.); — parvuli in hoc regno nati — nunquam morientur, quia mors ultra non erit (*Apoc.* 21.). — Et dicebant hoc fieri cito infra paucos annos, in quibus aliqui ex nobis remanentes vivi videbunt sanctos Dei resurgentes, et inter eos Mag. Johannem Hus, quia abbreviabit Dominus hoc tempus ultionis, accelerando consummationem saeculi propter suos electos. Item isti electi, qui sic vivi relinquentur, ad statum innocentiae ipsius Adae in Paradiso, et ut Enoch et Elias, reducentur. Et erunt absque omni fame et siti, et omni alia poena tam spirituali, quam corporali. Qui etiam sancto connubio et immaculato thoro generabunt carnaliter hic in terris et in montibus filios et nepotes absque omni dolore et perturbatione, et absque omni peccato originali, nec tunc opus erit baptismate fluminis, quia in Spiritu Sancto baptizabuntur, nec ibi erit sanctae Eucharistiae sacramentum, quia novo modo angelico pascentur, non in memoriam passionis Christi, sed ejus justitiae. Brzezyna weiset dann ausführlich die Schriftstellen nach, auf welche sie diese Meinungen gründeten, meistens aus den Propheten und der Apocalypse entnommen.

y) Jos. Dobrowsky, Gesch. der böhm. Pikarden und Adamiten, in den Abhandlungen der böhm. Gesellschaft der Wissenschaften auf d. J. 1788. S. 300 ff. bes. die Erzählung des Brzezyna ex Ms. das. S. 317 f. *Aeneas Sylvius hist. bohem. c.* 41. fingirt einen Stifter der Pikarden: Pichardus quidam ex Gallia Belgica, transmisso Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetravit, und nimmt Picarden für ganz gleichbedeutend mit Adamiten. Die Irr-

Name wurde indeß durch den Haß der Gegner auf die Taboriten überhaupt übertragen.

Die Taboriten fingen gleich nach Wenzels Tode an, Kirchen und Klöster zu verbrennen, und Priester und Mönche zu mishandeln z). Sie zu gewinnen konnte Sigismund nicht hoffen: wohl aber hätte er durch einige Nachgiebigkeit die Calixtiner bewegen können, ihn als König anzuerkennen. Da er aber alle Hussiten bedrohete, indem er sogleich durch einen päpstlichen Legaten einen Kreuzzug gegen die ketzerischen Böhmen ankündigen ließ aa); so vereinigten sich auch alle gegen ihn, vertheidigten sich nicht nur siegreich gegen drei Kreuzheere, sondern fielen sogar in benachbarte deutsche Länder ein bb). Dabei zeichneten sich die Taboriten auch durch krie-

thümer der Adamiten erzählt Brzezyna nach einem von Ziska an die Prager gesandten Berichte, ex Ms. bei Dobrowsky S. 325 ff.

z) Die Zerstörungen begannen am Tage nach Wenzels Tode in Prag, *Brzezyna* bei *Ludewig VI. p.* 145 *ss.*

aa) Martins V. Kreuzbulle v. 1. März 1420 in *Cochlaei hist. Hussit. lib. V. p.* 183 und in Schelhorn's Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie. Bd. 1. S. 607 ff. Mehrere andere aus d. J. 1428 u. 1429 s. in *Brown Appendix ad fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum p.* 611 *ss.*

bb) vgl. überh. *Brzezyna l. c.* Eberh. Windeck's (Rath des Kaisers Sigismund) Leben K. Sigismunds Cap. 72. in *Mencken Scriptt. Rer. Germ. I. p.* 1127 *ss.* *Aeneae Sylvii hist. Bohem. c.* 42 *ss.* *Cochlaei hist. Hussit. lib. V. p.* 178 *ss.* Theobald's Hussitenkrieg Th. 1. Cap. 33 ff. S. 148 ff. — *Histoire de la guerre des Hussites et du concile de Basle par Jaq. Lenfant. T. II. Amst.* 1731. 4. *Supplément à l'hist. de la guerre des Hussites de Mr. Lenfant par Isaac de Beausobre. Lausanne* 1735. 4. Jac. Lenfant's Gesch. des Hussitenkrieges, mit wichtigen das Original berichtigenden Noten von M. Ch. Hirsch. Presburg 1783. 4 Theile 8. Geschichte des Hussitenkriegs. Zittau u. Leipzig 1795. 8.

gerische Tapferkeit aus, zuerst unter Ziska's Anführung cc), nach dessen Tode (1424) in zwei Theile getheilt, von denen der eine den großen Procopius zum Anführer hatte, der andere, unter dem Namen der Waisen, einen Kriegsrath wählte, in welchem der kleine Procopius die erste Stelle einnahm.

Nach dem unglücklichen Ausgange des dritten Kreuzzuges (1431) erkannten die Gegner der Hussiten, daß mit Gewalt nichts gegen sie auszurichten sey, und das Concilium von Basel, von demselben Legaten Julius Cesarini, welcher jenem Kreuzzuge beigewohnt hatte, geleitet, knüpfte sogleich Unterhandlungen mit den Hussiten an dd). Mit den hussitischen

cc) Merkwürdige Lebensgeschichte des Johann v. Trocznow oder sogenannten Zizka, Heerführer der Böhmen, Prag 1792. 8. Zizka's militärische Briefe u. Verordnungen, von K. Ungar, in d. Neueren Abhandlungen d. k. böhmischen Gesellsch. d. Wissenschaften. Bd. 1. (Wien u. Prag 1791. 4.) S. 371 ff. Diplomatisch-historische Aufsätze über Joh. Zizka v. Trocnow von Max. Millauer. Prag 1824. (bildet auch einen Theil der Abhandl. d. königl. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. Neuer Folge Bd. 1. Prag 1827. 8.).

dd) Schon früher waren die Hussiten auf dieses Concilium verwiesen worden, aber mit der Aufforderung sich im Voraus demselben zu unterwerfen, s. die Nachricht von der Unterhandlung Sigismunds mit den Hussiten in Presburg 1429, in J. G. Schelhorn's Beiträgen zur Erläuterung der Geschichte, bes. der schwäb. Gelehrten- u. Kirchen-Geschichte, Stück 3. (Memmingen 1774. 8.) S. 77. Die Hussiten suchten nun in offenen Schreiben an die Fürsten u. Völker ihre gerechte Sache zu erweisen, s. ein Schreiben v. J. 1430 in *Brownii Appendix ad fascic. rerum expetendarum et fugiendarum p.* 632, ein anderes v. Julius 1431 b. *Mansi XXIX. p.* 641 und deutsch in Theobald's Hussitenkrieg Cap. 73. S. 272 ff., in welchem letzteren sie sich namentlich über jene Aufforderung beklagen. Das Einladungsschreiben des Concils an die Böhmen *dd.* 15. *Oct.* 1431 (b. *Raynald. h. a. no.* 24. vollständig b. *Mansi XXIX. p.* 233 *ss.*) verheißt dagegen: Hic quidquid pertinet ad fidei veritatem, — omni cum diligentia et libertate tractabitur. Li-

Gesandten, welche nach einigem Zögern im Jan. 1433 in Basel erschienen, wurde zwar auf dem Concile nur erfolglos disputirt ee): indeß eine ihnen nachgeschickte Gesandtschaft des Concils schloß mit den Calixtinern d. 30. Nov. 1433 in Prag Compactata ab, durch welche denselben die vier Prager Artikel, aber mit sehr bedeutenden Beschränkungen zugestanden wurden ff). Die Taboriten, darüber höchst unzufrieden, wur-

cebit libere omnibus exponere etc. Ein zweites Einladungsschreiben v. März 1432 (*Mansi XXIX. p.* 415 u. *XXX. p.* 99) versichert die böhm. Gesandten eines freien Geleites, u. zwar, demüthigend genug für das Concil: promptis et non fictis dabimus animis. Zugleich stellte das Concilium einen Salvusconductus (*Mansi XXIX. p.* 417) aus, schickte aber Gesandte nach Eger, um dort mit den Böhmen zu verhandeln (Theobald Th. 1. *cap.* 79.), und gab dann nach den Forderungen der letztern einen andern Salvusconductus (b. *Mansi XXIX. p.* 27), in welchem den Böhmen nicht nur alle Sicherheit gegeben wurde, sondern auch: in loco vel in locis hospitiorum suorum divina officia sine impedimento nostrorum peragere permittimus. Ferner: in generali Concilio — articulos quatuor (s. *not. t*) — oretenus aut in scriptis libere poterunt offerre, aut propalare, Scripturis sacris, beatorumque doctorum verbis, sententiis et rationibus eos declarare, adstruere, persuadere, et, si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Concilio super eisdem disputare, aut caritative — conferre, opprobrio, convicio aut contumelia procul motis.

ee) Die Reden der böhmischen Theologen, unter denen Joh. Rokyczana der vornehmste war, s. in *Martene ampliss. coll. VIII. p.* 262 *ss.* u. *Mansi XXX. p.* 269 *ss.* Die Gegenreden der katholischen Theologen s. in *H. Canisii lectt. ant. ed. Basnage IV. p.* 467 *ss.* u. *Mansi XXIX. p.* 699 *ss.*

ff) Die Acten über die vorangegangenen Unterhandlungen in *Martene ampl. coll. VIII. p.* 596 *ss.* u. daraus b. *Mansi XXX. p.* 590. 631 668. Die Compactata selbst, welche zwischen den Legaten des Concils und den Bevollmächtigten der generalis Congregatio

den von den Calixtinern bei Böhmischbrod d. 30. Mai 1434

Regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae abgeschlossen wurde, in *Cochlaei hist. Hussitarum lib. VII. p.* 271 u. in *Leibnitii Mantissa cod. jur. gent. II. p.* 138. In denselben wurde zuerst Friede u. Einigkeit, u. Aufhebung der kirchlichen Censuren bestimmt, dann festgesetzt, quod nemo deinceps dictum Regnum et Marchionatum propter praeterita infamare praesumat. Dann über die 4 Artikel (s. not. t). Der erste Artikel der Böhmen heißt hier: *quod communio divinissimae Eucharistiae utilis et salubris sub utraque specie, scil. panis et vini, universis Christifidelibus in Regno Bohemiae, et Marchionatu Moraviae, et locis eis in hac parte adhaerentium constitutis per sacerdotes libere ministretur.* Dieser Artikel wurde von den Legaten genehmigt, mit den nähern Bestimmungen: Articulus ille in sacro Concilio discutietur, quoad materiam de praecepto ad plenum, et videbitur, quid circa illum articulum pro veritate catholica sit tenendum, et agendum pro utilitate et salute populi Christiani. Auf jeden Fall sollen die Priester in Böhmen und Mähren auch ferner zur Communion sub utraque specie zulassen eas personas, quae in annis discretionis constitutae reverenter et devote postulaverint. — Hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeant firmiter credere, quod — sub qualibet specie est integer et totus Christus. Ac Legati sacri Concilii — mandabunt universis et singulis, — ut dictis Bohemis et Moravis, utentibus dicta communione sub duplici specie, nemo audeat improperare, aut eorum famae aut honori detrahere. Et hoc idem faciet sacrum Concilium. Der zweite Artikel der Böhmen hieß: *Omnia peccata mortalia, et praesertim publica, per eos quorum interest rationabiliter et secundum legem Dei cohibeantur, corrigantur et eliminentur.* Das per eos quorum interest war den Legaten zu allgemein, und sie gaben daher dem Artikel diese Fassung: Omnia peccata mortalia, praesertim publica, quantum rationabiliter fieri potest, secundum legem Dei et sanctorum Patrum instituta, sunt cohibenda, corripienda et eliminanda. Potestas autem puniendi criminosos non ad privatas personas, sed ad eos tantummodo pertinet, qui juris-

gänzlich geschlagen gg), und so geschwächt, daß sie sich ruhig verhalten mußten: und die jetzt herrschenden Calixtiner erkannten Sigismunden, nachdem die Compactaten in Iglau feierlich bestätigt waren, unter sichernden Bedingungen als König an (1436) hh).

dictionem habent in eos fori, distinctione juris et justitiae ordine observatis. In dem dritten Artikel der Böhmen: *Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis idoneis libere ac fideliter praedicetur*, war das libere anstößig, und er wurde deshalb dahin geändert: Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis ad hoc idoneis, et per superiores (ad quos pertinet) approbatis et missis, libere, non tamen passim, sed ordinate et fideliter praedicetur, salva auctoritate Pontificis, qui est praeordinator in cunctis, juxta sanctorum Patrum instituta. Der vierte Artikel der Böhmen: *Non licet Clero tempore legis gratiae super bonis temporalibus saeculariter dominari*, wurde mit den Einschränkungen zugelassen, 1. quod Clerici non religiosi licite possunt habere et possidere quaecunque bona temporalia, und 2. quod Ecclesia potest licite habere et possidere bona temporalia, — et in eis habere privatum et civile dominium, wobei denn noch bedingt wurde, quod ecclesiastici viri bona Ecclesiae debent fideliter administrare, ipsaque bona Ecclesiae ab aliis non debent detineri vel occupari. Auf Abstellung der etwaigen, in Beziehung auf die drei letzten Artikel eingeschlichenen Misbräuche sollen sowohl die Congregatio generalis, als auch einzelne Personen beim Concilio antragen können. Eine Bestätigung dieser Compactaten von Seiten des Concils ist die *Intentio sacri Concilii super IV. articulis, quam ipsi Bohemi anno Dom.* 1433. *d.* 7. *Dec. observare manuum stipulatione promiserunt* b. *Mansi XXX. p.* 692, welche meistens wörtlich jene Bestimmungen wiederholt, und nur in dem Artikel über das Abendmal eine weitläuftige Vertheidigung der Communion sub una specie enthält.

gg) Gleichzeitige Benachrichtigungsschreiben über diesen Sieg b. *Mansi XXIX. p.* 638 *ss. p.* 647 *s.* vergl. *Aeneas Sylvius hist. Bohem. c.* 51. Theobald Th. 1. *cap.* 82. S. 307.

hh) Die Böhmen fühlten wohl, daß die Compactaten noch anderer

Sicherungsmittel bedurften: sie verlangten also in einer Versammlung in Brünn 1435 von dem Kaiser (s. *Responsio Concilii Bas. facta Ambasiatoribus Imp.* b. *Mansi* XXIX. *p.* 413), quod sua Serenitas personaliter cum eis in perceptione communionis sub utraque specie conveniret, ac Cappellanos haberet, qui sic populo ministrarent; et quod nullus esset in consilio ejusdem et negotiis dicti regni, qui sic non communicaret; et quod religiosi monachi et moniales sine consensu Archiepiscopi et Domini communis loci non admittantur; et quod ipsi habeant sibi eligere Archiepiscopum; Forderungen, mit denen natürlich das Concil sehr unzufrieden war. Indeß versprach Sigismund in einem Patente *dd. Albae Regali* 6. *Jan.* 1436 (in *Leibnitii Mantissa II. p.* 141) den Böhmen: 1. Beneficia non conferantur per extraneos in Regno Bohemiae ac Marchionatu. 2. Personae etiam saeculares et spirituales extra Regnum vel Marchionatum nec citabuntur, nec judicabuntur. 3. Communicantes sub una specie in saepe tactis Regno et Marchionatu, ne confusa sequatur permixtio, contra proprias illorum voluntates et libertates non sustinebunt, sed duntaxat in locis, in quibus communio duplicis speciei temporibus retroactis non servabatur, sustinebuntur. 4. Et ut materia occasioque litium auferatur, loca omnia et singula Ecclesiarum — signabuntur, in quibus — communio duplicis speciei in praxi servabatur, ut in futurum perpetuo in eisdem servaretur. 5. Sed et hoc volumus ut per Dominos Bohemos, — Pragam et civitates alias una cum Clero, Archiepiscopus Pragensis una cum aliis Episcopis titularibus eligantur, qui alias dicuntur Suffraganei. Qui quidem electi per nostram dispositionem debitam — confirmabuntur, et in Episcopos consecrabuntur absque quavis pro confirmatione, Pallii exhibitione, aut etiam Notariis persolutione. 6. Scholares Dioecesis Pragensis utrique, tam sub una quam sub utraque communicantes specie, habilitate et idoneitate ipsorum praesupposita, ad sacros ordines promoveantur et ordinentur. Er verspricht dieß zu halten in verbo Caesareo, und zugleich beim Papste und bei dem Concilio alles anzuwenden, ut praefati articuli suum effectum realiter sortiantur. *Aeneas Sylvius hist. Bohem.* c. 52. giebt noch mehrere Bewilligungen des Kaisers an:

Caeterum inter Bohemos et Imperatorem aliae pactiones (außer den Prager Compactaten) intervenere, quibus Ecclesiarum praedia occupatoribus jure pignorum relicta sunt, donec certa pecunia reluerentur. Religiosis utriusque sexus, quibus adempta Monasteria essent, exulibus quoque spes reditus interdicta; Rokyzanae Pragensis Ecclesiae praesulatus promissus, de disponendo Ecclesiarum Bohemicarum regimine summo Pontifici facultas ablata. Der hier gedachten Verfügung über geraubte Kirchengüter gedenkt auch ein ungenannter Zeitgenosse bei *Cochlaeus lib. VIII. p.* 300, aus welchem zugleich erhellt, daß der Kaiser mehrere Schreiben über diese Bewilligungen erlassen hat. Das Concilium und dessen Legaten nahmen von denselben keine Kenntniß. Die Legaten gaben auf Veranlassung der Böhmen mehrere Erläuterungsurkunden zu den Compactaten, um alle Zweideutigkeit aus denselben zu entfernen, s. *Leibnitii Mantissa II. p.* 146. 148. und endlich dd. Iglaviae d. 5. Jul. 1436 eine *Executoria super Compactatis* (*Cochlaeus p.* 289. *Leibnit. II. p.* 150). An demselben Tage nahmen daselbst die böhmischen Gesandten die Compactaten an, und leisteten dem Concilio feierlich Obedienz, s. den triumphirenden Bericht der Legaten an dasselbe von demselben Tage b. *Mansi XXIX. p.* 612. Im August zog Sigismund in Prag ein. Das Baseler Concilium faßte in Beziehung auf den Laienkelch *Sess. XXX. d.* X. *Cal. Jan.* 1437 einen Beschluß (b. *Mansi XXIX. p.* 158) des Inhalts, quod fideles Laici sive Clerici communicantes, et non conficientes, non adstringuntur ex praecepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie — sacrum Eucharistiae Sacramentum. Sed Ecclesia — ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reverentia ipsius Sacramenti et salute fidelium viderit expedire. — Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub una specie — pro lege habenda est, nec licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiae ipsam immutare.

§. 152.

Geschichte der Hussiten bis zum Ende dieser Periode.

Da beide streitende Theile jene Verträge in der Hoffnung abgeschlossen hatten, dadurch der Alleinherrschaft ihrer Lehre und Sitte den Weg zu bahnen; so konnte durch dieselben kein wahrer Friede begründet werden. Während die Calixtiner auf dem Concilio vergeblich neue Forderungen durchzusetzen suchten a), vergaß Sigismund sogar seine Zugeständnisse, stellte die alten Kircheneinrichtungen möglichst wieder her, und nö-

a) *Cochlaei hist. Hussitarum lib. VIII. p.* 310. Die böhmischen Gesandten verlangten I. quatenus pro tollendis litibus, jurgiis et dissensionibus in populo nostro ex diversitate communionis indubitanter — sequentibus — dignemini — Regno nostro — dare — uniformem — sub utraque specie sacrae Eucharistiae communionem. Sie beriefen sich dafür auf die Stelle am Schlusse der Compactaten: et omnia alia fient, quae pro observatione dictae pacis et unitatis necessaria fuerint et opportuna. II. quatenus — providere dignaretur sacrum Concilium Bohemis de bono et legitimo pastore Archiepiscopo et aliis Episcopis. Die Synode erklärte dieses Verlangen für billig, lehnte aber den zugleich zum Erzbischofe vorgeschlagenen Rokyczana bestimmt ab: de quo non est rationabile, ut ad illam dignitatem promoveatur, cum ad impediendum, perturbandum et disrumpendum pacem et unitatem post firmata Compactata fuerit multipliciter machinatus etc. Eben so wurde III. die erbetene libertas communicandi parvulos sacra Eucharistia, verweigert, und IV. die Bitte der Böhmen, permitti suis, ad minus Evangelia, Epistolas et Symbolum in vulgari lingua in Missis et Ecclesiis coram populo ad excitandam devotionem libertari, legi et decantari, weil dieß contra Compactata und gegen das Versprechen der Böhmen sey, se conformare ritibus Ecclesiae. Dagegen wurde V. die Bitte um eine reformatio et suae Universitatis Pragensis et totius Ecclesiae in capite et in membris mit günstigen Versprechungen beantwortet.

thigte das Haupt der Calixtiner, den Joh. Rokyczana, den er als Erzbischof von Prag schon bestätigt hatte b), auf seine Sicherheit zu denken c). So waren bei Sigismunds

b) Die Bestätigungsurkunde dd. Iglau 23. Jul. 1436 b. Theobald Th. 1. Cap. 85. S. 319. *J. D. Koeler de Joanne Rokyczana, famoso Calixtinorum in Bohemia Pontifice diss. Altorfii* 1718. 4.

c) *Aeneae Sylv. hist. Bohem.* c. 52.: Philibertus Episcopus Constantiensis, natione Gallicus, et collegae sui ex Basilea missi ecclesiasticos introducere ritus, sacerdotes instituere, ex Missarum solemnibus vulgaria verba, cantilenasque detrahere, sanctorum imagines reducere, aquam benedictam in aedibus sacris reponere, baptismatis fontes sacrare, altaria ornare, spurcitias omnes abolere. Paruere complurimi, quibus mens sanior fuit. Rochezanae complices resistere, obloqui, blasphemare, plebem modis omnibus avertere. Ipse quoque inventor malorum ex parochia s. Mariae ante Laetam Curiam, quam propria temeritate invaserat, amoveri minime potuit: neque laniare sermonibus suis inter praedicandum Romanam Ecclesiam praetermisit, legatisque saepe necem per insidias machinatus est. Sigismundus autem quum Ecclesias pollutas intrare nollet, templum s. Jacobi, quod Fratrum Minorum fuerat, et in quo machinae bellicae tum servabantur, restitui sibi poposcit: annuit civitas, et aliqui monachi introducti sunt, qui verbum Dei praedicarent. — Redierunt et alii, Mendicantes, tum Coelestini, Slavi, servi s. Mariae, Teutones, Hierosolymitani, et nonnullorum Monasteriorum Abbates. — Restituti sunt et cathedralis Ecclesiae Canonici, ac Vicarii et Mansionarii, ornamenta altaribus reddita, divinum officium instauratum. — Cumque nulli essent Ecclesiae reditus, — jussit Imperator, ex fisco regio per singula Canonicorum capita hebdomatim aureum nummum distribui, minoribus Clericis dimidium dari. — In alia quoque templa donaria collata. Nova jam facies urbis, novus populus, verus rediisse religionis cultus apparebat. Quibus ex rebus liquet, Imperatorem, quae foedera cum haereticis percussit, necessitate magis admisisse, quam vo-

Tode (Dec. 1437) die Partheyen wieder in heftiger Gährung. Kaiser Albrecht wurde von den Catholiken gewählt, von den Calixtinern bekämpft: nach seinem Tode (Oct. 1439) vereinigte man sich endlich, bis zur Mündigkeit seines Sohnes, des Ladislaus, das Reich durch zwei Gubernatoren, einen catholischen und einen calixtinischen, regieren zu lassen (1441). Nachdem Georg von Podiebrad 1444 calixtinischer, und 1450 alleiniger Gubernator geworden war, hatten die Calixtiner die entschiedene Oberhand. Dennoch blieben ihre Bemühungen, den Kirchenfrieden wiederherzustellen ohne Erfolg, da sie die Compactaten zu erweitern strebten, welche man katholischer Seits nicht einmal mehr gelten lassen wollte [d]). Die Calixti-

luntate; voluisse illum paternam haereditatem quoquo modo intrare, sensimque regni possessione accepta more majorum, subter veram Christi religionem provinciam reducere. — Rochezanam hortari Romanae Ecclesiae se subjiceret; sic posse pontificatum sibi committi; superbienti, et aliena de fide sapienti ascensum desperandum esse, qui vel consecratus Episcopus ejici deberet. Ille mente superba, et opinione sua inflatus, dietim pejor, dietim venenosior effici, Monachorum reditum aegerrime ferre, quorum sermones non minus quam suos acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter praedicandum sermone de monachis, *venerunt*, inquit, *novi dietim ad nos Daemones, quos monachos vocant. His studium est ejicere nos de veritate: at si viri fuerimus, prius sanguinem effuderimus.* Id Sigismundus ubi accepit, *imo nos*, inquit, *Rochezanae sanguinem non inviti ante aras libabimus.* Non latuit Rochezanam Sigismundi sermo: qui ex amicis commonitus clam aufugit.

d) Die Prager machten den 11. Juni 1441 neue Artikel (*Cochlaeus lib. IX. p.* 335): I. ut Compactata cum Ecclesia sancta ab omnibus efficaciter teneantur; III. ut nullus audeat praedicare, quod tantum sumitur sub una specie, quantum sub utraque, cum hoc sit contra communicantes sub utraque specie; IV. ut nullus audeat porrigere sub una specie publice vel

ner beabsichtigten schon eine Vereinigung mit der griechischen

occulte. Darauf versammelte sich den 4. Oct. 1441 eine große Synode in Kuttenberg. Es wurde dem Rokyczana als design. Erzbischofe Gehorsam versprochen, und eine Confession in 22 Artikeln entworfen, s. Theobald Th. 2. Cap. 11. S. 86. In derselben werden 7 Sacramente und die Transsubstantiation bekannt: dagegen heißt es Art. XVI.: daß man das Abendmal nicht in einerlei Gestalt empfangen solle, und daß es nicht wider den christl. Glauben sey, so man auf Begehren der Eltern es auch den kleinen Kindern darreiche: und Art. XXI.: weil die Priester Menschen seyn, so ist in der göttlichen Schrift ihnen der Ehestand nicht verboten, sondern können sich nach Pauli Lehr darein begeben: doch wär es besser, so sie nach Pauli Wunsch in einer rechten Keuschheit lebten. — Im J. 1444 war der Cardinallegat Carvajal in Prag, mit welchem Rokyczana heftig über das Abendmal stritt (Theobald Th. 2. Cap. 15. S. 142). Indessen bemüheten sich die Böhmen bei Eugenius IV. und Nicolaus V., die Bestätigung des Rokyczana als Erzbischofes zu erhalten, schickten auch 1447 deshalb eine Gesandtschaft nach Rom (Theobald Cap. 16. S. 150), und 1448 erschien Carvajal wieder in Prag (Theobald Cap. 17. S. 156). Die Böhmen hielten bei demselben in einem Schreiben, in welchem sie die Geschichte ihrer bisherigen Verhandlungen erzählen (b. *Cochlaeus lib. X. p.* 349 *ss.*), darum an, ut quae pro honore et utilitate hujus regni inclyti et nostris juxta Compactatorum tenorem facienda sunt, finem debitum effectualiter sortiantur; Magistrum quoque Joannem de Rokyczana — dignetur Paternitas vestra Rev. in Archiepiscopum Pragensem ad nostrum et totius regni singulare solatium consecrare. Carvajal antwortete auf diese Bitten ausweichend, und forderte dagegen Restitution der geraubten Kirchengüter (*l. c.* 353). Im J. 1451 war Aeneas Sylvius als Gesandter des Kaisers in Böhmen, und hatte eine Unterredung mit Georg Podiebrad, die er *Epist. ad Jo. de Carjaval Card.* (*Aeneae Sylv. epist.* 130.) erzählt. Georg klagte, daß die Compactaten katholischer Seits nicht gehalten würden: si qui ex nostris apud vos moriuntur, cum asinis sepulturam accipiunt. Aeneas erwiderte darauf: Cur violari foedus conquerimini, quod priores rupistis? Neque enim sufficit vobis sub duplice specie communicare, nisi et sub una sola com-

Kirche e), aber Constantinopels Fall machte den Unterhandlungen ein Ende. Nach der kurzen Regierung des jungen eifrig katholischen Ladislaus (1453—1457) f) wurde Georg v.

municantes damnetis. — Vobis indulta est sub utraque specie communicatio, jussi tamen sacerdotes vestri sunt, — commonere — omnes, — sub qualibet totum — esse Christum: nihil faciunt. Prohibiti sunt infantibus atque dementibus eucharistiam porrigere: porrigunt tamen. Neminem communicare sub duplici specie debent [*compellere*]: compellunt, sepulturam negantes, ni communicent. — Debent universalis Ecclesiae ritum tenere: postponunt, divinis officiis vulgaris carminis commiscentes. — Cum ergo abutamini privilegio, — praevaricantes mandata Concilii, haud jure Legatum (den Cardinal Carvajal) accusatis, compactata firmare nolentem: quia privilegium amisistis male utentes. Aeneas bezeichnet drei Streitpuncte: Mihi tribus ex rebus concordia pendere videtur, ex Compactatis, ex bonis ecclesiasticis quae occupantur, ex Archiepiscopi constitutione, quae nec parva sunt, nec leviter componenda. Nam Compactata, postquam violata sunt, rursus innovare magnum est: qui bona Ecclesiarum occupant, invite restituent: in Archiepiscopo vos ipsi vim facitis, qui Rochezanam petitis neque alium vultis, quem, nisi me fallat opinio, nunquam sedes Apostolica ad id fastigii promovebit. Bald nachher, noch im J. 1451, wurde der berühmte Franciscaner *Jo. de Capistrano* von Nicolaus V. beauftragt, gegen die Böhmen zu predigen, und gradezu bevollmächtigt (*Cochlaeus l.* X. *p.* 368), omnes personas, quae sub utraque specie communicarunt, ac alias erroribus, haeresi et superstitione involuti a ritu et unitate s. Rom. Ecclesiae recesserunt, wenn sie sich bekehrten, zu absolviren, zu rehabilitiren u. s. w.

e) s. das durch diese Versuche veranlaßte freundliche Schreiben der Kirche von Constantinopel an die Böhmen v. J. 1451 hinter *D. Chytraei oratio de statu Ecclesiarum in Graecia, Asia, Bohemia etc. Francof.* 1583. 8. in *Flacii Cat. test. verit. ed. Francof.* 1666. *p.* 728 u. in *Freheri Scriptt. Bohem. p.* 235.

f) welcher vor der Huldigung zwar alle Versprechungen Sigismunds (§. 151. not. hh) wiederholen mußte (Theobald Th. 2. Cap. 20.

Podiebrad zum Könige gewählt. Um Frieden nach Außen, und Ruhe im Innern zu erhalten, ließ sich derselbe von katholischen Bischöfen krönen, und gelobte Gehorsam gegen die Kirche und den Papst g). Indeß eine strenge Aufrechthaltung der Compactata, wie sie Georg bei diesem Eide voraussetzte, war in dem heftigen Partheykampfe nicht möglich. Die Calixtiner galten den Katholiken für Ketzer, welche auszurotten der König sich durch jenen Eid verpflichtet habe: die Calixtiner dagegen gaben den Wunsch nicht auf, die Gegenparthey aus Böhmen zu verdrängen h). Pius II., anfangs aus andern

sibi tribuens. Qui vero Evangelium audiens credit, desiderat, sperat, confidit ut laeta nuntia, praeterea amat evangelisatum justificantem et beatificantem, quantalibet pro consequendo faciat et patiatur; non sua opera, non se operantem extollit, sed extentus totus et propensus in eum quem amat, a quo credit, cupit, sperat, confidit, justificatur, nihil sibi ipsi tribuit, qui scit nihil habere ex se. *Cap.* 47. *p.* 554: Praecepit igitur lex perfectionem, sed nihil adduxit ad perfectum. Sed quid? Num Evangelium duxit ad perfectum! Utique. Quem igitur? Omnem credentem, quoniam omni credenti Christus finis legis est ad justitiam, et fructus, quoniam ipse est, qui dat potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus. Credendo verbo adhaerent Verbo. Verbum Deus est. Credendo igitur Deo adhaerent: et adhaerere Deo bonum est, quia qui adhaeret Deo, unus cum eo spiritus fit, cum justo justus, cum sancto sanctus. — *Quae sit vera communio Sanctorum? Opp. p.* 809: Vera essentiali unitate communicant Sancti omnes, quotquot una fide, una spe, una charitate Christo cohaerent, sub quibuscunque Praelatis, quantumlibet ambitiose contendentibus, aut dissentientibus, aut errantibus, etiam haereticis Praelatis degant. — Et haec est illa sanctorum communio, de qua in Symbolo: *credo Sanctorum communionem.* — Constat, quod valde possibile, Graecum vera pietate adfectum omnia credere in Constantinopoli sub suo Patriarcha schismatico quae Latinus Romae credit: quid illi nocet suorum haeretica pravitas? Unitas ergo Ecclesiae sub uno Papa tantum accidentalis est, adeo ut non sit necessaria, licet conferens multum in Sanctorum communione. Ueber Kirchengewalt und ihr Verhältniß zur Schrift *De potestate Ecclesiastica Opp. p.* 753: Pastor gregem Domini pascere positus est. Verum quia grex pascendus rationis et liberi arbitrii est, non prorsus in potestate pastoris traditus est, ut nihil ab eo exigatur, nisi pastori obedire. Debet enim ovis ipse dinosse quibus pascatur, quibus inficiatur, et quomodocunque, oblatam etiam a pastore ipso, vitare pestiferam infectionem. Et in hoc si sequatur pastorem, non excusatur. Debet ergo populus pastores ad pascua sequi. Quando vero non pascit, pastor non

est: neque tunc, velut inofficioso, grex ei parere tenetur. *p.* 769: Nemo magis Ecclesiam destruit, quam corruptus Clerus. Destruentibus Ecclesiam omnes Christiani tenentur resistere, usque etiam ad ultimos, puta rusticos juxta illud 2 *Thess.* 3, 6.. Sancta quippe rusticitas quantum Ecclesiam Dei aedificat vitae merito, tantum nocet, si destruentibus eam non resistit. *p.* 759: Propter Deum Evangelio credimus, et propter Evangelium Ecclesiae et Papae, non Evangelio propter Ecclesiam. Unde quod *Augustinus* (*contra Epist. Manichaei c.* 6.: *ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas*) de Evangelio et Ecclesia dicit, originis de credendo verbum est, non comparationis aut praeferentiae. Dixit enim Apostolis Dominus Jesus: *Praedicate omni creaturae, docentes eos servare quaecunque praecepi vobis* (Matth. 28, 19. 20.). Non igitur audiendi, nisi quantum missi: non missi, nisi cum Evangelio: non evangelisantes, nisi secundum Evangelium. Sed quia verisimilius est, unum aliquem penes Evangelium toti multitudini contradicentem errare, quam totam doctorum virorum Ecclesiam, ideo debet, quicunque ille fuerit, semper suspectum se habere, et formidare de errore. Verum quia scit, non impossibile, multos Doctores errare, debet semper adparentem Evangelii veritatem primo amplecti. Debet igitur sedulo diligenter inquirere veritatem et intelligentiam Evangelii. Debet tertio rationes contradicentium diligenter attendere, et illi parti, quam viciniorem Evangelio invenerit, firmiter adhaerere. Ex illo verbo Domini Jesu: *super cathedram Mosis sederunt scribae et Pharisaei: omnia ergo, quae dixerint vobis servare, servate et facite* (*Matth.* 23, 2. 3.), multi Praelatorum Ecclesiae trahunt erroneam et falsam intelligentiam. Putant enim ex hoc verbo datam eis authenticam potestatem, ut obligare possint auditorem ad servandum et faciendum quae dicunt. — Oportet tam Praelatorum quam Doctorum praecepta sic servare et facere, quemadmodum Paulus (1 *Thess.* 5, 21. s. *p.* 756) monuit, hoc est, quam diu in cathedra Mosis sedentes secundum Mosen dicunt. Et si quid extra vel contra, non magnopere ligat fideles contra legem perfectae libertatis. Dei enim servi sumus, non Pa-

pae: cui utique serviremus, si ad omnia ejus qualiacunque obligaremur. Dictum est autem: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (*Matth.* 4, 10.). *p.* 748: Papa tenetur credere et obligatur cum omnibus obligatis fidelibus. Et quando credit sicut obligatur, tunc fideles obligantur credere quod ipse credit: non quia ipse credit, sed quia credit quod credere debet. Et si alius melius eo crediderit quod credere debet, ipse Papa debet cum illo credere quocunque, etiam laico et muliere. — Unde concluditur, quod licet verisimiliter praesumendum sit, summum Pontificem et Praelatos tanto rectius ad veritatem Evangelii incedere, quanto ceteris aliis altius in sublime dignitatis evecti sunt, et ita, ceteris paribus, potius illis, quam alicui subditorum credendum; non tamen simpliciter subditos obligatos ad credendum illis. Hoc nempe adeo irrationabile est et blasphemiae plenum, ut etiam quacunque haeresi pestilentius inveniatur. Potest nempe Praelatus errare. — Summorum enim Pontificum plerique pestilenter erraverunt, ut novissimis diebus nostris in Constantia, celebri Concilio claruit, Benedictus, Bonifacius, et Johannes XXIII. quam graviter fidem lacerarint. Et nostris postremis diebus Pius II. et Sixtus IV., quorum alter patentibus bullis regna terrarum sibi vendicavit, alter turpissimas dispensationes, non solum de praestito in causa civili juramento, sed etiam de praestando — emisit in abusu potestatis Apostolicae; quicquid F. Petrus vel Comes Hieronymus insolenter aut avare gesserunt, ipse postea cum resciret ratificavit, etiam bullis plumbatis. *De sacramento poenitentiae p.* 779: Contra communem opinionem de monarchia Romani Pontificis est, quod impossibile homini est fines orbis terrae nosse, qui nullo unquam cosmographo omnes comprehensi sunt. Quomodo igitur judicabit, quos nosse non poterit? Quomodo judicabit fidem, quorum linguam ignorat? Unitatem igitur Ecclesiae sibi Spiritus Sanctus fovendam, vivificandam, conservandam retinuit et augendam, non Romano Pontifici, saepe non curanti, reliquit. Ueber Abendmal *De sacram. Eucharistiae c.* 24. *p.* 696 *s.* Ubicunque nomen ejus benedictum, — vere illic ipse est non solum divinitate praesens et benevolentia, sed etiam corpo-

raliter praesens. — Non hic dico, datum cuilibet homini Christiano, ut possit, cum velit, sacramentaliter per Eucharistiam habere praesentem: hoc enim solis datum est sacerdotibus. Sed hoc dico, vere praesentem commemoranti nomen ejus, vere praesentem Dominum Jesum non sola deitate sua, sed et carne sua et sanguine, et humanitate tota. Quis enim dubitabit, corporaliter saepe praesentem Dominum Jesum suis fidelibus in eorum agonibus, non propter hoc dimisso in coelestibus consessu ad dexteram Patris? Quis dubitabit, ita posse hoc simul tempore fieri extra Eucharistiam, sicut in Eucharistia? *Cap.* 28. *p.* 703: Sic participare corpori et sanguini, hoc manducare est magis, quam si decies millies Eucharistiam ad altare de manu sacerdotis arido corde, frigida voluntate, licet etiam in statu salutis, capiamus. *Cap.* 8. *p.* 673: Corpus autem et sanguis Domini Jesu quantumlibet sancta sint, corpora tamen sunt, non spiritus. Unde si corporaliter tantum sumantur, non solum non spiritualiter reficient manducantem, sed occident. — Unde Dominus (*Jo.* 6, 63.): *Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam*, h. e. parum est de carne quantumlibet sancta, sed operis magnitudo, et ineffabilis dilectio, et charitas offerentis per Spiritum Sanctum, illa est quae vivificat. *Cap.* 10. *p.* 678: Valde notandum verbum Domini (*Jo.* 6, 53.): *nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Habent autem vitam veram, qui credunt in eum. Ergo qui credunt in eum, hi sunt, qui manducant carnem ejus. — Manducabat ergo Paulus primus Eremita etiam temporibus illis, quibus mortalem nullum, ne dicam sacerdotem communicantem, videbat. Sed manducabat, quia credebat; et quod credebat, crebro commemorabat etc. Ueber Buße *De Sacram. poenitentiae p.* 789: Dicunt communiter, ad integritatem Sacramenti poenitentiae tria concurrere, contritionem, confessionem, satisfactionem. Sed hi, si intelligerent vim verbi in Psalmo (51, 18.): *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies*, non tam importune instarent. Quid enim est cor contritum, nisi cor ad minima comminutae et confractae duritiei obduratae mentis humiliatum cor? — Si ergo, qui cor durum conterit et abjicit, cor pium et spontaneum Deo non despiciendum offert,

profecto jam humiliato corde justus, et jam Deo satisfactum in remissionem peccatorum. Non ergo prima contritio, neque postrema satisfactio ad Sacramentum poenitentiae vivificantis et justificantis ex morte ad vitam necessariae sunt, licet sine vera contritione etc. sicut nec sine vera humilitate vita Spiritus vel redit, vel conservatur. Participatio sacramentorum est opus gratiae, non justitiae. — Poenitentia, si sacramentum est, contritione non eget, quia contritio justitiae opus est, et ita contritus ante sacramentum justus. — Infusae jam gratiae opus est contritio, detestatio videlicet peccati, opus merae justitiae: non ergo pars sacramenti poenitentiae, quia sacramentum poenitentiae praecedit, et operatur justificationem. *p.* 791: Neque dolor, neque tristitia, neque contritio in oculis Dei accepta sunt magis, quam amor, ex quo procedunt. *p.* 777: Nullus confitetur, nisi memor. Nullus memor, nisi justificatus ad vitam. — Patet ergo, quod antequam quis confiteatur peccatum suum, jam a reatu suae praevaricationis, quo aeterna sibi supplicia debebantur, per gratiam internae compunctionis absolvitur. *p.* 795: Confessio sacramentalis ex forma sua non est judicialis, ita ut, si non adsit judicium — confessoris, non sit actus confitentis et absolventis vere verum sacramentum. Sufficit enim ad veritatem efficacis sacramenti, ut confitens vere et fideliter dicat, confessor post acceptam illius confessionem absque judiciali discussione absolvat. Quia sicut poenitentis confessione lavat poenitentem Deus, et non peccator; ita sacerdotis absolutione dimittit Deus, et non confessor. Hi ministerium exhibent, sed mysterium operatur Deus. — De confitente et confessione solum judicat Deus, nihil de confessis peccatis. Quomodo enim judicare creditur confessa, qui confitenti promisit omnia retroacta per solam confessionem condonare? Stulte ergo faciunt, qui post confessionem non solum judicant, sed etiam post absolutionem terrores fiunt, flagris feriunt, virgis percutiunt. *p.* 796: Valde irrationabiliter de Sacramento confessionis loquuntur, qui adjunctam satisfactionem adserunt essentialem partem poenitentiae. Primo, quia detractant sacramentali sufficientiae, qui non putant, Principis donationem sufficere ad re-

Hieraus ergiebt sich, daß so verschieden auch der Schaden der Kirche beurtheilt wurde, doch das Gefühl der Nothwendig-

missionem. Secundo, falsificant verbum absolutionis, quia, cum dicunt absolvo, postea ligant, et innodatum dimittunt. Sed quod omnium gravius est, universum sacramentum periclitant, quia protrahunt usque in peractam totaliter poenitentiam injunctam. Unde si fragilis ille iterum tempore medio labatur durante sacramento propter obicem positum in parte sacramenti, totum sacramentum facit nullum fuisse. Quae enim essentialiter unum constituunt, unius nullitate omnia fiunt nulla. Ueber Ablaß *Epist. ad Jac. Hoeck de indulgentiis p.* 878: A puero ridiculum et indignum semper mihi visum credere, aliquem hominem suo decreto posse facere, quo bonum in oculis Dei ut quatuor, fieret bonum ut octo. — Num tibi leves aut futiles causae videntur, quibus ab hac nova indulgentiarum adsertione Patres ante Albertum ac Thomam, ut ipsi scripto testantur, discesserunt, asserentes, nihil esse nisi piam fraudem, ac dolum non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem? *De Sacram. poenitentiae p.* 773: Pari passu auctoritatis seu potestatis clavium ambulant indulgentiae et excommunicatio, neque plus potest Papa in reconciliandis Deo animabus, quam possit alienandis. Sed in excommunicandis nihil potest, nisi per forum ecclesiasticum foris ad oculum separare, et destituere etiam corpora mortuorum ecclesiastica sepultura: similiter in indulgentiis a vinculo Canonum et censuris liberare. Deo autem praeter simplicem usum aut abusum fidei, spei et charitatis nihil est quod conciliare aut alienare posset. Non enim reconciliatus Deo per gratiam sacramentalem et caritatem plus ei reconciliatur arbitrio aut aestimatione Papae, aut excommunicatione Papae magis alienatur a Deo. Non enim liceret excommunicare, si magis alienaret a Deo. Non enim licet ei facere magis peccatores etc. Fidelis et prudens in domo Domini sui servus nihil facit praeter et extra voluntatem Domini sui: et quidquid facit in domo Domini sui, Dominus ratum et firmum habet. — Nec ad hoc eum Ordinis dignitas authenticat, sed charitas per Spiritum Sanctum diffusa in

keit einer Reformation allgemein verbreitet war t). Nicht zu verwundern ist es, daß der Wunsch derselben häufig in Hoff-

corde. — Immo nec sexus femineus obstat, quin si fidelis et prudens charitatem habeat diffusam in corde suo, possit et ipse conformiter sentire, judicare, favere, diffinire divino judicio. Ueber Fegfeuer *De purgatorio p.* 829: Purgatorium ignis est, qui interioris hominis sordes etiam carne soluti comitantes purgat potius, quam torquet. — Has maculas intellectualis disciplinae ignis secundum Apostolum (1 *Cor.* 3, 11 *ss.*) probat, — et lignum, foenum, stipulam exurit, donec super unicum, verum, solum et solidum fundamentum, Jesum Christum, nihil remanet superaedificatum, nisi argentum, aurum, lapides pretiosi. *p.* 834: Sunt igitur (defuncti) in tali statu, quem si sciremus gauderemus. In statu igitur non misero, non sub virga lictoris, aut in igne praeparato Diabolo et angelis ejus, sed sub disciplina Patris instituentis, et eorum quotidiano profectu gaudentis. *p.* 846. *Thesis* 33.: Quod Christi Evangelium est solum, verum, praecipuum purgatorium, licet etiam alia minus principaliter possint rationabiliter tolerari. 34. Quod idem ergo verum purgatorium est paradisus, sed amanti tanto amarior, quanto magis ipse purgatior divino amore flagrarit. 35. Hunc flagrantis animae ardorem et amaritudinem ego puto verum, postremum et perfectissimum purgatorium.

t) s. oben §. 136. not. ee u. ff. *Guilielmus Budaeus de asse et partibus ejus.* (*Paris.* 1514. *fol.*) beklagt *fol.* 146 *ss.* sehr wortreich das Verderben der Geistlichkeit und des Papstthums. *fol.* 150 *b.*: Quid vinea Domini, nonne ita degeneravit in labruscas, ut primo quoque tempore repastinanda videatur, et ex situ et carie negligentiae pastino quodam restituenda censurae! Certe manum poscit et flagitat solertis et industrii vinitoris, qui palmites fructuarios et munifices a pampinariis internoscat etc. *fol.* 152: Status civitatis orthodoxae e sede severitatis et disciplinae convulsus manum quandam Paeoniam poscit, ut apte et placide in eam reponatur, et luxata Ecclesiae membra in artus suos redeant. Sic fiet, ut principes Ecclesiae non auro obryzo, non argentea supellectili, non

nung, und diese in zuversichtliche Erwartung überging, welche sich auch in Weissagungen aussprach u).

opimis obventionibus et numerosis titulis opum suarum magnitudinem metiantur, quae gazas Regum provocare, non divitias priscorum antistitum aemulari videntur: sed bonis internis, sed copia doctrinae, sed iis animae Christo desponsae dotibus, quae in cordis scriniolis tanquam in gazophylaciis mystici fani conduntur.

u) *Melanchthon* in *Apologia Conf. Aug. XIII. de votis Monasticis* (*ed. Rechenberg p.* 276): Apud nos in oppido Thuringiae Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, *Johannes Hilten*, qui a suo sodalitio conjectus est in carcerem propterea, quod quosdam notissimos abusus reprehenderat. Vidimus enim ejus scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinae genus. — Is multa praedixit, quae partim evenerunt hactenus, partim jam videntur impendere. (Seine Schrift *Comm. in Apocalypsin et textum Danielis, quantum concordat cum Apocalypsi, vel eam supplet*, von welcher einige Auszüge in *Melch. Adami vitae Theologorum p.* 2 *s.*, deutet schon seine Richtung an. Er berechnete das Ende der Welt auf d. J. 1651). — Sed postremo, cum vel propter aetatem, vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se Guardianum, ut suam valetudinem illi indicaret, cumque Guardianus accensus odio Pharisaico duriter objurgare hominem propter doctrinae genus, quod videbatur officere culinae, coepisset, tum iste omissa jam mentione valetudinis ingemiscens inquit, se has injurias aequo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripsisset aut docuisset, quod labefactare statum Monachorum posset, tantum notos quosdam abusus reprehendisset. *Sed alius quidam*, inquit, *veniet anno Dom. MDXVI., qui destruet vos, nec poteritis ei resistere.* Hanc ipsam sententiam de inclinatione regni Monachorum, et hunc annorum numerum postea etiam repererunt ejus amici perscriptum ab ipso in commentariis suis inter annotationes, quas reliquerat in certos locos Danielis. Von *Andreas Proles*, Prior des Klosters Himmelspforte bei Wernigerode und Provincial der Augustiner († 1503) er-

§. 154.

Reformatorische Wirkungen der wiederauflebenden Alterthumswissenschaften.

Neue den Scholastikern ganz abgehende Hülfsmittel zu einer wissenschaftlichen Prüfung der kirchlichen Dinge wurden durch die wieder aufgeschlossenen Alterthumswissenschaften gegeben a). Schon im vierzehnten Jahrhunderte war in Italien

zählte ein alter Mönch jenes Klosters dem Flacius folgendes (s. *Catal. test. verit. ed. Francof.* 1666. *p.* 849): Ab ipso saepe audivi inter praelegendum haec verba: *Auditis, fratres, testimonium scripturae sanctae, quod gratia sumus quicquid sumus, et gratia habemus quicquid habemus. Unde igitur tantae tenebrae, et horrendae superstitiones? O fratres, res Christiana opus habet forti et magna reformatione, quam quidem jam prope instare video.* Quaerentibus fratribus, quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus sese opponeret, respondebat: *Videtis, fratres, me esse aetate grandaevum, corpore et viribus debilem, et agnosco, me non esse praeditum tanta doctrina, industria et eloquentia, quantam haec res postulat. Sed excitabit Dominus heroem aetate, viribus, industria, doctrina, ingenio et eloquentia praestantem, qui reformationem incipiet, erroribusque sese opponet: ei Deus animum dabit, ut Magnatibus contradicere ausit; et ipsius ministerium salutare Dei beneficio comperietis.* Solitus est etiam saepe dicere inter praelegendum: *Regnum Papae magnam minatur ruinam, quia nimis alte et nimis cito crevit.* Von Proles erzählt auch Luther in seiner Schrift: »Von den neuen Eckischen Bullen und Lügen« *Tom. I. Jenens. f.* 359., daß derselbe, als er den D. Joh. Zachariä wegen seiner Verdienste bei Hussens Verdammung im Bilde mit einer Rose geschmückt gesehen, gesagt habe: »O wehe, ich wollte nicht gern die Rosen mit denen Ehren tragen.« Vergl. das Leben des Andreas Proles, eines Zeugen der Wahrheit vor Luthero, beschrieben von M. Gottfr. Schütze. Leipzig 1744. 8.

a) C. Meiners Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissenschaften. 3 Bände. Zürich 1795—

von Dante und Petrarca auf die alten römischen Dichter hingewiesen worden, und Boccaccio hatte auch auf die Griechen aufmerksam gemacht: eine festere und umfassendere Begründung gewann aber die lateinische Literatur erst durch Johann v. Ravenna, Lehrer derselben in Padua und Florenz († vor 1420), die griechische durch Emanuel Chrysoloras, welcher in Florenz und Pavia für dieselbe wirkte † 1415. Das Sinken des griechischen Reichs und der endliche Fall Constantinopels veranlaßte viele griechische Gelehrte in Italien ihre Zuflucht zu suchen (von 1420—1430: Georgius v. Trapezunt † 1484, Johannes Argyropulus † 1486, Theodorus Gaza † 1478: zur Zeit des Concils von Florenz 1438: Bessarion † 1472, Georg Gemistius Pletho, der 1441 nach Griechenland zurückkehrte: nach der Eroberung Constantinopels 1453: Emanuel Moschopulus, Constantinus Laskaris, Demetrius Chalkondylas): ihrer einseitigen Vorliebe für das Griechenthum gegenüber fühlte sich der vaterländische Sinn in Italien fortwährend angeregt, auch das römische Alterthum gebührend geltend zu machen, und so traten bald zahlreiche italiänische Gelehrte, ausgezeichnet in griechischer und lateinischer Literatur, hervor (Gasparinus † 1431, Johannes Aurispa † 1459, Guarinus † 1460, Leonardus Brunus Aretinus † 1444, Poggius † 1459, Franz Philelphus † 1481, Laurentius Valla † 1456, Nicolaus Perottus † 1480, Christoph Landinus † 1504, Philipp Beroaldus der Aeltere † 1504, Hermolaus Barbarus † 1493, Angelus Politianus † 1494): viele italiänische Fürsten machten die Begünstigung der alten Literatur zur Ehrensache (insbesondere die Medicäer in Florenz, Cosmus

97. 8. A. H. L. Heeren Gesch. der classischen Literatur im Mittelalter. 2 Theile (N. A. in dess. historischen Werken Th. 4 u. 5. Göttingen 1822). Th. 1. S. 316 ff. D. H. A. Erhard Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung, vornehmlich in Teutschland bis zum Anfange der Reform. 3 Bde. Magdeburg 1827—32. 8.

von 1429—1464 und Lorenz von 1469—1492. Alphons V. K. v. Aragonien und Neapel von 1442—1458, Papst Nicolaus V. von 1447—1455), und so gewann dieselbe noch im 15ten Jahrh. in Italien große Verbreitung und hohe Achtung.

Es war vorzugsweise die von den Alten zu gewinnende Geschmacksbildung, welche man allgemein schätzte, ohne zu beachten, daß theils die sclavische Bewunderung und Nachahmung des Alterthums, in welcher sich die neue Liebe zu demselben bei den Humanisten äußerte, die Anhänglichkeit an die Kirche nothwendig gefährdete, daß theils aber auch von den Alterthumswissenschaften neue Anregungen und Mittel zu bedenklichen Untersuchungen über kirchliche Lehren und Meinungen dargeboten würden. Die italiänischen Humanisten vermieden auch sehr sorgfältig den Schein, als ob ihre Wissenschaft irgendwie mit der Theologie sich berühre: Laurentius Valla, Lehrer in Neapel und Rom († 1456), war der Einzige b), welcher in einzelnen Proben den gefährlichen Einfluß zeigte, welchen antiquarische Untersuchungen auf kirchliche Meinungen gewinnen könnten. Die neuen Platoniker, welche aus der von Cosmus von Medici durch Gemistius Pletho in Florenz 1440 gegründeten platonischen Academie c) hervorgingen, eigneten sich in dem Neuplatonismus einen dem mannichfaltig=

b) Ueber ihn s. *Tiraboschi storia della letteratura italiana VI., II. p.* 301 *ss.* Heeren Th. 2. S. 243 ff. Wie er wegen einiger philosophischer Schriften, in denen er den Epicur vertheidigt und über den freien Willen Anstößiges gelehrt hatte, von Geistlichen verketzert wurde, erzählt er selbst in s. *Apologia pro se et contra calumniatores ad Eugenium P. IV.* Dann läugnete er die Aechtheit der Correspondenz zwischen Christus und Abgarus, und erklärte die gewöhnliche Entstehungsgeschichte des apostol. Symboli für falsch. Am bedeutendsten ist s. Schrift *De ementita Constantini donatione declamatio ad Papam. — Opera. Basil.* 1543. *fol.*

c) K. Sieveking Gesch. d. platon. Academie zu Florenz. Göttingen 1812. Heeren Th. 2. S. 41.

sten Aberglauben offenstehenden philosophischen Syncretismus an, welcher sich meistens an das kirchliche System anschloß d): dennoch war derselbe schon wegen seines unabhängigen Princips und wegen seiner innern Lebendigkeit keinesweges unbedenklich für die Kirche e). Diesem Platonismus gegenüber

d) Tennemann's Gesch. der Philosophie. Bd. 9. S. 138 ff. Am meisten zeichneten sich in dieser Richtung aus Marsilius Ficinus, Lehrer der platon. Academie in Florenz († 1499, s. *J. G. Schelhorn de vita, moribus et scriptis Mars. Fic.* in s. *Amoenitatt. liter. I. p.* 37), und Joannes Picus Graf v. Mirandula († 1494, s. Leben v. s. Neffen *Jo. Franc. Picus* vor Beider *Opp. Basil.* 1573 u. 1601. 2 Bde. Fol. Meiners Lebensbeschreibungen. Bd. 2. S. 3 ff.). *Jo. Picus* zog zuerst auch die jüdische Cabbala in diesen Syncretismus hinein; er sagt von den cabbalistischen Schriften *Apologia Opp. I. p.* 82: Hos ego libros non mediocri impensa mihi cum comparassem, summa diligentia, indefessis laboribus cum perlegissem, vidi in illis (testis est Deus) religionem non tam Mosaicam, quam Christianam; ibi Trinitatis mysterium, ibi verbi incarnatio, ibi Messiae divinitas, ibi de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de coelesti Hierusalem, de casu Daemonum, de ordinibus Angelorum, de purgatoriis, de inferorum poenis eadem legi, quae apud Paulum et Dionysium, apud Hieronymum et Augustinum quotidie legimus. In his vero, quae spectant ad philosophiam, Pythagoram prorsus audias et Platonem, quorum decreta ita sunt fidei Christianae affinia, ut Augustinus noster immensas Deo gratias agat, quod ad ejus manus pervenerint libri Platonicorum.

e) Dieß erkannte man besonders in den 900 Thesen, welche der 24 jährige Joh. Picus 1486 in alle Welt sendete, um in Rom darüber zu disputiren. Den Eindruck, welchen dieser Schritt in Rom machte, schildert er selbst *Apologia Opp. I. p.* 76: Aliqui philosophiam et literas omnino carpere, illud etiam (ut viderentur scioli) quandoque addentes, ejectum Adam de Paradiso, quod per scientiam boni et mali aequalem se Diis facere voluit: exterminandos pari exemplo de Christi curia, qui volunt sa-

fand auch das ächte aristotelische System wieder seine Anhän=

pere plus quam oportet. — Ex his autem, qui sapientiam, i. e. theologiae studium, profitebantur, quidam fuere, qui conviciis forte levioribus non contenti, non jam audacem me, non temerarium, non gloriosum, sed magum, sed impium, sed novum in Christi Ecclesia haeresiarcham praedicarent. Folgende 13 Thesen wurden als verwerflich bezeichnet. *Opp. I. p.* 42: I. Christus non veraciter, et quantum ad realem praesentiam descendit ad inferos, ut ponit Thomas et communis via, sed solum quoad effectum. II. Peccato mortali finiti temporis non debetur poena infinita secundum tempus, sed finita tantum. III. Nec crux Christi, nec ulla imago adoranda est adoratione latriae, etiam eo modo, quo ponit Thomas. IV. Non assentior communi sententiae theologorum dicentium, posse Deum quamlibet naturam suppositare, sed de rationali tantum hoc concedo. V. Nulla est scientia, quae nos magis certificet de divinitate Christi, quam Magia et Cabala. VI. Si teneatur communis via de possibilitate suppositationis in respectu ad quamcunque creaturam, dico, quod sine conversione panis in corpus Christi, vel paneietatis annihilatione potest fieri, ut in altari sit corpus Christi secundum veritatem sacramenti Eucharistiae: quod sit dictum loquendo de possibili, non de sic esse. VII. Rationabilius est credere Origenem esse salvum, quam credere ipsum esse damnatum. VIII. Dico probabiliter, et nisi esset communis modus dicendi theologorum in oppositum, firmiter assererem: assero tamen hoc dictum in se esse probabile, et est quod, sicut nullus opinatur aliquid ita esse praecise, quia vult sic opinari, ita nullus credit aliquid esse verum praecise, quia vult credere id esse verum. IX. Qui dixerit, accidens existere non posse, nisi inexistat, Eucharistiae poterit sacramentum tenere, etiam tenendo, panis substantiam non remanere, ut tenet communis via. X. Illa verba »Hoc est corpus etc.« quae in consecratione dicuntur, materialiter tenentur, non significative. XI. Miracula Christi non ratione rei factae, sed ratione modi faciendi suae divinitatis argumentum certissimum sunt. XII. Magis impro-

ger f) und führte dieselben zu einer gefährlichen skeptischen Richtung g). Diese letztere, unterstützt theils durch einzelne historisch-kritische Blicke, theils durch die Nichtachtung von Allem, was nicht zur Philologie gehörte, theilte sich vielen italiänischen Humanisten mit, und bewirkte unter ihnen einen Unglauben, welcher nicht selten die allgemeinsten religiösen Wahrheiten berührte h), sich aber dennoch hinter äußerer

prie dicitur de Deo, quod sit intellectus vel intelligens, quam de anima rationali, quod sit Angelus. XIII. Nihil intelligit actu et distincte anima, nisi se ipsam.

f) Streit über den Vorzug des Plato oder des Aristoteles, s. Tennemann Bd. 9. S. 54 ff. Aristoteliker s. S. 63 ff.

g) Der Repräsentant derselben ist *Petrus Pomponatius*, Lehrer der Philosophie in Padua und Bologna † 1526. In s. Schriften *De immortalitate animae*, *De fato*, *libero arbitrio*, *praedestinatione et providentia* erklärt er Unsterblichkeit der Seele, Ewigkeit der Welt und Vorsehung für philosophische Probleme, vergißt aber nie hinzuzusetzen, daß er sich dem Glauben der Kirche unterwerfe, s. Tennemann Bd. 9. S. 64 ff.

h) *Marsilius Ficinus in praef. ad Plotinum:* Nos ergo in theologis superioribus apud Platonem et Plotinum traducendis et explanandis elaboravimus, ut hac theologia in lucem prodeunte et poetae desinant gesta mysteriaque pietatis impie fabulis suis annumerare, et Peripatetici quam plurimi, id est philosophi pene omnes, ammoneantur, non esse de religione saltem communi tanquam de anilibus fabulis sentiendum. Totus enim ferme terrarum orbis a Peripateticis occupatus in duas plurimum sectas divisus est, Alexandrinam et Averroicam. Illi quidem, intellectum nostrum esse mortalem existimant, hi vero unicum esse contendunt. Utrique religionem omnem funditus aeque tollunt, praesertim quia divinam circa homines providentiam negare videntur, et utrobique a suo etiam Aristotele defecisse, cujus mentem hodie pauci — ea pietate, qua Theophrastus olim et Themistius — interpretantur. Si quis autem putet, tam divulgatam impietatem, tamque acribus munitam ingeniis, sola qaadam sim-

Kirchlichkeit verbarg. Nur die Scholastik, obgleich in der

plici praedicatione fidei apud homines posse deleri, is a vero longius aberrare palam re ipsa procul dubio convincetur. Majore admodum hic opus est potestate, id autem est vel divinis miraculis ubique patentibus, vel saltem philosophica quadam religione, philosophis eam libentius audituris quandoque persuasura. Jene beiden Irrthümer waren so allgemein verbreitet, daß auch das allgem. Lateranconcil i. J. 1513 sich gegen dieselben zu erklären für gut fand, s. *Sess. VIII.* (*Conc. ed. Labbei et Cossartii XIV. p.* 187): Cum diebus nostris, quod dolenter referimus, zizaniae seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro Domini superseminare et augere sit ausus, de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus; et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum id esse, asseverent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, et haec in dubium vertentes. — Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus, et ut aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque hujusmodi erroris assertionibus inhaerentes — ut detestabiles et abominabiles haereticos et infideles vitandos et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in universitatibus studiorum generalium — districte praecipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanaverint, quale hoc est de animae mortalitate aut unitate, et mundi aeternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianae omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio hujusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere. Was man sich in Italien, selbst in höhern Kreisen, von den

That eine Hauptstütze der Kirche, durfte unverholen angegrif-

Päpsten erzählte, s. *Jo. Fr. Pici de fide et ordine credendi theorema IV. Opp. II. p.* 177: alium meminimus Pontificem creditum et ordinatum, quem tamen praestantes viri putarent, nec Pontificem eum esse, nec esse posse, utpote qui nullum Deum credens omnem infidelitatis culmen excederet; pessimaque ejus opera in coëmendo Pontificatu, in omnigenis sceleribus exercendis id ipsum testabantur, sed et pessima quoque dicta confirmabant. Namque fassum eum affirmabatur domesticis quibusdam, nullum se Deum aliquando, etiam dum pontificiam sedem teneret, credidisse: et alium audivi Pontificem summum, qui vivens familiari cuidam aperuerat, apud se animarum immortalitatem minime creditam, mortuus vero eidem per vigiliam apparuit divino judicio manifestans, se, quam mortalem crediderat animam, immortalem tum maximo cum damno et perpetuis cum ignibus experiri. Aehnliches sagt derselbe in s. *vita Savonarolae* b. *Batesius p.* 117. s. §. 153. not. e. Sonach ist die Aeußerung, welche Leo X. gegen seinen Geheimschreiber Peter Bembo sich erlaubt haben soll (*Mornaei hist. Papatus. Salmur.* 1611. *p.* 820): Quantum nobis nostrisque ea de Christo fabula profuerit, satis est omnibus saeculis notum, wenigstens nicht ohne Analogie. *Erasmi responsio nervosa ad Albertum Pium, Principem Carpensem*, in *v. d. Hardt hist. lit. Reform. I. p.* 173: Qui divina derideant, facilius invenies in Italia apud tui ordinis homines, atque adeo in illa laudatissima Roma, quam apud nos. *Idem lib. XXVI. ep.* 34. *ad Augustinum Eugubinum* (*Opp. ed. Cleric. III., II. p.* 1382): At ego Romae his auribus audivi quosdam abominandis blasphemiis debacchantes in Christum, et in illius Apostolos, idque multis mecum audientibus, et quidem impune. Ibidem multos novi, qui commemorabant, se dicta horrenda audisse a quibusdam sacerdotibus aulae Pontificiae ministris, idque in ipsa Missa, tam clare, ut ea vox ad multorum aures pervenerit. *Id. ad Guolfgangum Fabricium Capitonem* (*l. c. III., I. p.* 189): Omnia mihi pollicentur, rem (bonarum literarum) felicissime successuram: unus adhuc scrupulus habet animum meum, ne sub obtentu priscae literaturae renascentis caput

fen, und wegen ihrer Barbarey i) und der Verehrung eines entstellten Aristoteles lächerlich gemacht werden. Ein apostoli=

erigere conetur Paganismus, ut sunt et inter Christianos, qui titulo pene duntaxat Christum agnoscunt, caeterum intus gentilitatem spirant: aut ne renascentibus Hebraeorum literis Judaismus meditetur per occasionem reviviscere, qua peste nihil adversius, nihilque infensius inveniri potest doctrinae Christi. Sic enim fert natura rerum humanarum, ut nullius unquam boni tanta fuerit felicitas, quin hujus praetextu mali quippiam simul conaretur irrepere. Vergl. Henke in Villers Versuch über den Geist und den Einfluß der Reformat. Luthers übers. v. Cramer. 2te Aufl. Hamb. 1828. Abthl. 2. S. 60 ff.

i) *Hermolaus Barbarus Ep. ad Jo. Picum Mirandulae* (in *Angeli Politiani Epistt. lib. IX. Ep.* 3.) spricht darüber das allgemeine Urtheil der Humanisten aus: Neque enim inter auctores latinae linguae numero Germanos istos et Teutonas (d. i. Barbaren), qui ne viventes quidem vivebant, nedum ut exstincti vivant, aut si vivunt, vivunt in poenam et contumeliam. Appellantur enim vulgo sordidi, rudes, inculti, barbari. Quis malit sic esse, quam prorsus non esse? Atenim utile aliquid dixerunt, valuere ingenio, doctrina, bonarum rerum copia: non nego penitus, quod et possum negare: sed sermo nitidus et elegans, saltem purus et castus, qualis vel in auctoribus christianis graecis latinisque perspicitur, laudem et memoriam sempiternam scriptoribus conciliat, nisi quis pictorem, et excusorem, et statuarium, et caeteros opifices laudari posse judicet hoc solo, quod magni constet et preciosa sit materia, circa quam versentur. Picus sucht in seiner Antwort die Scholastiker zu vertheidigen (*l. c. Ep.* 4.): Perdiderim, ego inquam, apud Thomam, Joannem Scotum, apud Albertum, apud Averroem meliores annos, tantas vigilias, quibus potuerim in bonis literis fortasse nonnihil esse? Er will zeigen, non defuisse illis sapientiam, si defuit eloquentia, quam cum sapientia non conjunxisse, tantum fortasse abest culpa, ut conjunxisse sit nefas. Hermolaus erwidert darauf (*l. c. Ep.* 5.): Illud sane plurimum me delectat, quod sub specie defensionis exitialiter jugulas quos defendis: primum quod hostes

scher Secretarius Paulus Cortesius versuchte zuerst, die katholische Dogmatik in ein römisch antikes Gewand zu kleiden k), gab aber dadurch nur den Beweis, daß sclavische Nachahmung der Alten sowohl zur Geschmacklosigkeit führen, als versteckten Unglauben nähren könne l).

In ein ganz anderes Verhältniß zur Theologie traten die Alterthumswissenschaften in Deutschland, sobald sie dorthin vorgedrungen waren. Sie fanden die erste Empfänglichkeit in

eloquentiae tueri se nisi per eloquentes viros non possunt, quasi mancipia, quasi bruta, deinde quod, si te patrono, te vindice, te advocato non elabuntur, neque colluctari, neque tergiversari praeterea poterunt. Proinde ab amicis, quos habeo Patavii, certior factus sum, apologiam tuam, quae Scytharum et Teutonum est inscribi coepta, — molestissimam accidisse majori eorum parti quos defendis, aliis aliter factum tuum interpretantibus. — Ad quae si qui sunt ex illis paulo minus asini, volebam dicere ἄμουσοι, auriculas tantum movent: caeteri diffugiunt, respuunt, detestantur. Quorum e numero unus aliquis a Gymnasio Patavino (nihil confingo, Pice, ridiculam omnino, sed veram historiam denarro) audaculus et insolens, cujusmodi fere sunt, qui literas humaniores et odio et ludibrio habent, Picus, inquit iste, quisquis est, grammaticus opinor, parvo pedi calceos magnos circumdedit. — Ecquis est, inquit, tam stolidus, — qui patronum hunc egregium cum altero, quisquis est, nefario grammatista colludere non intelligat? etc.

k) *Paulus Cortesius in Sententias. Qui in hoc opere eloquentiam cum theologia conjunxit. Romae* 1512. *fol.*

l) *Erasmus Ep. ad Jo. Vergaram* 1527. (*Opp. III.*, *I. p.* 1015) sagt über diese Richtung: Praeterea fervet illic (Romae) Paganismus quorundam, quibus nihil placet nisi Ciceronianum: ac non Ciceronianum appellari multo probrosius esse ducunt quam appellari haereticum. Hos dictu mirum quam infensos habeam, quod non exprimam Ciceronem, quem haud scio an quisquam eorum exprimat. Ego certe nec affecto, et si affectarem tractans rem christianam, ridiculus essem.

den Schulen der Brüder des gemeinschaftlichen Lebens m): wie in denselben Alles vorzüglich nach seinem Einflusse auf die Religion geschätzt wurde, so faßte man auch sogleich den Gewinn der neuen Bildung für Religionserkenntniß ins Auge; und diese dem ernst religiösen Sinne des deutschen Volks völlig entsprechende Richtung wurde von den meisten deutschen Humanisten fortwährend festgehalten n). Sie ließen sich von der

m) *Herm. Hamelmann* (Superintendent in Oldenburg) *relatio hist. quomodo hominibus Westphalis potissimum debeatur, quod lingua latina et politiores artes per Germaniam sint restitutae priori nitori. Lemgov.* 1580 (in dess. *Opp. genealogico-historica. Lemgov.* 1711. 4. *p.* 321) erzählt: cum Thomas a Kempis — suscepisset curam scholae Daventriensis, ecce in ea erant discipuli *Rodolphus Agricola, Mauritius Comes Spiegelbergicus, Rodolphus Langius, Antonius Liber* Susatensis, *Ludovicus Dringenbergius* Paderbornensis, *Alexander Hegius* et similes. Illos praeceptor, postquam audiret reflorescere studia in Italia, — plerosque hortatur, ut se in Italiam reciperent, imo fuit suasor ditioribus tribus, ut Comiti Mauritio et utrique Rodolpho. Diese hätten dann zuerst von Italien die humanistische Bildung nach Deutschland gebracht. — Allerdings ist in diesem Berichte die Stellung des Thomas v. Kempen ganz falsch angegeben (*Delprat over de Broederschap van G. Groote p.* 280), indeß ist doch der allgemeine Inhalt dieser Tradition wohl nicht zu bezweifeln. Vergl. Meiners Bd. 2. S. 308 ff.

n) Dieß geht zum Theil selbst aus dem Tadel hervor, welchen *Trithemius de laudibus s. Annae c.* 3. gegen sie ausspricht: Commoneo vos, o viri eruditione et scientia literarum insignes, devotionem simplicium non spernere, cultum sanctissimae matris Annae quasi novum reprehendere, sed potius pro posse imitari. — Sunt namque inter vos, quod pace bonorum dixerim, qui typho superbiae inflati omnia devotionis simplicium exercitia despiciunt, Sanctorum miracula et exempla velut deliramenta contemnunt, nihilque sanctum admittendum existimant, quod Philosophorum argumentis non probant, revelationes omnes a Deo devotis hominibus osten-

genauern Einsicht in das Verderbniß der Kirche, wie sie schon der erste von ihnen, Rudolph Agricola in Heidelberg † 1485, hatte o), nicht, wie die Italiäner, zum Indifferentismus verleiten; sondern sprachen treu und furchtlos ihre richtigere Erkenntniß aus, um die nothwendige Besserung herbeizuführen: die seit 1440 in Mainz erfundene Buchdruckerkunst p) kam, wie überhaupt der neuen wissenschaftlichen Bil-

sas mendacia vel somnia mulierum reputant, legendas Sanctorum fabulas appellant, et dum eruditionem suam temere praedicant, magna Dei opera impudenter oppugnant. Tractatus quoque sanctorum patrum et devotorum hominum, qui Tullianam prae se non ferunt eloquentiam, tanquam eruditione carentes abjiciunt, et caelestis eruditionis verba propter eruditionem simplicium contemnunt. — Rara est in eruditis devotio, quia, dum in profunditate suae conquisitae doctrinae confidunt, a simplici devotione longius recedunt. — Temeraria igitur ora obstruite, male disertas linguas cohibete, et nolite contra Dominum loqui mendacium, devotionem nolite lacerare simplicium, ne vobis grave reputetur in scandalum.

o) *Jo. Saxo Holsat. orat. de vita Rud. Agricolae* (in *Melanchthonis Declam. T. I. p.* 602) theilt aus brieflichen Nachrichten des Goswin von Halen, eines ehemal. Famulus von Joh. Wessel (s. §. 153. not. r.), manches von dem vertrauten Umgange dieses Mannes mit Rudolph Agricola mit; u. a. hatte Goswin erzählt, se familiaribus item et apertis eorum sermonibus saepius interfuisse, in quibus deplorarent Ecclesiae tenebras, reprehenderent profanationem in Missis, et coelibatum; etiam de justitia fidei disputarent, quid sit, quod Paulus toties inculcat, homines fide justos esse, non operibus; illos aperte rejecisse Monachorum opinionem, quae contrarium fingeret; item sensisse de humanis traditionibus, errare eos, qui affingunt illis opinionem cultus, et non posse violari judicant.

p) s. bes. C. A. Schaab's Gesch. der Erfindung der Buchdruckerkunst durch Joh. Gensfleisch gen. Guttenberg zu Mainz, pragmatisch aus den Quellen gearbeitet. 3 Bde. Mainz 1830. 31. 8.

dung, so auch diesem Gedankenverkehr wohlthätig zu Hülfe. So wieß Johannes Reuchlin, s. 1502 Richter des schwäb. Bundes, 1520 Prof. in Ingolstadt † 1521 q), obgleich durch seinen Neuplatonismus mannichfach verblendet r), auf die Mangelhaftigkeit der damaligen Schrifterkenntniß, und die Mittel, sie zu verbessern, hin s), und rügte die Mängel des

q) *Ph. Melanchthonis Oratio continens historiam Jo. Capnionis Phorcensis* (in *ej. Declamat. T. III.*). *Vita Jo. Reuchlini descripta a J. H. Majo. Francof. et Spirae* 1687. 8. C. F. Schnurrer's Nachrichten von ehemal. Lehrern der hebr. Literatur in Tübingen. Ulm 1792. 8. S. 6 ff. Meiners Bd. 1. S. 44 ff. Erhard Bd. 2. S. 147 ff. Joh. Reuchlin u. s. Zeit von D. E. Th. Mayerhoff. Berlin 1830. 8. (vergl. Förstemann's Rec. in d. Berliner Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik 1832 Juni S. 923 ff.).

r) vergl. seine Schriften *De verbo mirifico* u. *De arte cabbalistica*, s. Erhard Bd. 2. S. 242 ff. Mayerhoff S. 96 ff.

s) Insbesondere begründete er zuerst durch das Werk *De rudimentis hebraicis libb. III. Phorcae* 1506. *fol.* (Wörterbuch u. Grammatik) das Studium der hebr. Sprache unter den Christen. Ueber seine Abweichungen von angenommenen Auslegungen sagt er *Praef. in lib. III. p.* 548: At gravius insurgent, credo, invidi contra dictionarium nostrum, in quo multorum frequenter interpretationes taxantur. Proh scelus, exclamabunt, nihil indignius patrum memoria, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot et tam sanctos viros divino spiritu afflatos labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura Gelasio Papa teste recepta est in Ecclesia: venerabilis pater Nicolaus de Lyra ordinarius expositor Bibliae omnibus christifidelibus vir integerrimus probatur. Jamjam exortus est aliquis fumulus (Reuchlin), qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notat. Quorum imminentibus clamoribus haec pauca respondeo, mihi licere quod eisdem illustrissimis luminibus licuit. Hieronymus, vir sanctus, LXX. carpit interpretes non semel, bis, terve, sed saepissime numero: — quos tamen Ptolemaeus Alexandriae Rex divina credidit virtute transtulisse. — Nicolaus item de Lyra divum Hierony-

Predigtwesens t). Vorzüglich aber gewann Desiderius Erasmus s. 1516 in Basel † 1536 u) eine klare Erkenntniß in das Verderbniß der kirchlichen Verfassung und Lehre, und wußte dieselbe in geistvollen und durch schöne Form ansprechenden Schriften, wie das Enchiridion militis christiani (1503) und Moriae encomium (1508) es waren, unter den damals schon bedeutenden Kreisen gebildeter Zeitgenossen ungemein zu verbreiten v), während er zugleich in seinen theolo-

mum in translatione sua ostendit reprehensibilem: — ipsemet vero Nicolaus, ut aequalem mensuram pateretur, simile a rev. Burgensi Episcopo frequentibus cum notis, invito etiam nescio quo fratre Doringo ferre coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem divus Hieronymus in translatione sua seipsum errasse fatetur in commentariis super Isaiam cap. XIX. — Cur igitur in iis, quae ad interpretandi modum artemque grammaticam et ad veritatem idiomatis spectant, me quoque non deceret in lucem producere, quid cum doctissimis Hebraeorum sentirem, quippe ad quos etiam eodem Hieronymo teste confugiendum est, quoties in vetere Testamento controversia movetur. Quanquam enim Hieronymum sanctum veneror ut Angelum, et Lyram colo ut magistrum; tamen adoro veritatem ut Deum.

t) *Liber congestorum de arte praedicandi. Phorcae* 1504. 4.

u) *Compendium vitae Erasmi*, von ihm selbst geschrieben und dem Conr. Goclenius gesandt, und *Erasmi vita* von *Beatus Rhenanus*, in der Dedication der Erasmischen Werke an Kaiser Carl V., beide vor *Erasmi opp. ed. Cleric. T. I.* und in *Batesii vitae selectorum virorum. p.* 187 *ss.* — Vie d'Erasme par Burigny. 2 voll. à Paris 1757. 8. (deutsch mit Berichtigungen und Zusätzen von Henke, Halle 1782. 2 Bde 8.). Erasmus v. Rotterdam nach s. Leben und Schriften von S. Heß. Zwei Hälften, Zürich 1790. A. Müller's Leben des Erasmus v. Rotterdam, Hamburg 1828. 8. Erhard Bd. 2. S. 461 ff. *Erasmi opp. ed. B. Rhenanus. Basil.* 1540. *IX voll. fol. ed.* (*Jo. Clericus*). *Lugd. Bat.* 1703 *ss. XI voll. fol.*

v) Die Colloquia familiaria gehören erst der Zeit nach dem Anfange

gischen Schriften einer innern Reinigung der Kirche Grund-

der Reformation, und einer dadurch bedingten Stimmung des Erasmus an. Den Zweck des Enchiridion giebt er selbst an *Ep. ad Jo. Coletum* (*Opp. III.*, *I. p.* 95): Enchiridion non ad ostentationem ingenii aut eloquentiae conscripsi, verum ad hoc solum, ut mederer errori vulgo religionem constituentium in ceremoniis, et observationibus pene plusquam Judaicis rerum corporalium; ea quae ad pietatem pertinent mire negligentium. Wie er dieß gethan, dafür folgendes als Beispiel. Der vierte Canon für das christl. Leben, den er im *Enchiridion* aufstellt, ist (*Opp. T. V. p.* 25): ut totius vitae tuae Christum velut unicum scopum praefigas, ad quem unum omnia studia, omnes conatus, omne otium ac negotium conferas. Christum vero esse puta non vocem inanem, sed nihil aliud, quam caritatem, simplicitatem, patientiam, puritatem, breviter quidquid ille docuit. Diabolum nihil aliud intellige, quam quidquid ab illis avocat. Dazu sagt er u. a.: Sunt qui certos Divos certis quibusdam colunt cerimoniis. Alius Christophorum singulis salutat diebus, sed non nisi conspecta ejus imagine: quo tandem spectans? Nempe huc, quod sibi persuaserit, sese eo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quendam adorat: sed cur? Quod illum credat pestem a corpore depellere. Alius Barbarae, aut Georgio certas preculas admurmurat, ne in manus hostium veniat. Hic jejunat Apolloniae, ne doleant dentes. Ille visit divi Job simulacra, ut scabie careat. Nonnulli de lucro certam portionem pauperibus nuncupant, ne merces naufragio intercidant. Hieroni cereolus accenditur, ut res quae periit recipiatur. In summa, ad hunc modum, quot res sunt quas vel timemus vel cupimus, totidem iis Divos praefecimus, qui et ipsi diversis nationibus diversi sunt, ut id apud Gallos valeat Paulus, quod apud nostrates Hieron, neque passim id valeat Jacobus aut Joannes, quod illo atque illo loco. Quae quidem pietas, nisi a respectu commodorum atque incommodorum corporalium ad Christum referatur, a Deo Christiana non est, ut non ita multum absit a superstitione eorum, qui quondam Herculi decimam bonorum partem vovebant, ut ditescerent,

aut Aesculapio gallum, ut a morbo revalescerent, aut qui Neptuno taurum caedebant, ut feliciter navigarent. Nomina quidem commutata sunt, sed finis utrisque communis. In dem *Encomium Mariae* sagt die Thorheit u. a. (*Opp. T. IV. p.* 443): Illud hominum genus haud dubie totum est nostrae farinae, qui miraculis ac prodigiosis gaudent mendaciis, vel audiendis vel narrandis. — Atque haec quidem non modo ad levandum horarum taedium mire conducunt, verum etiam ad quaestum pertinent, praecipue Sacrificis et Concionatoribus. His rursum adfines sunt ii, qui sibi stultam quidem, sed tamen jucundam persuasionem induerunt, futurum, ut, si ligneum aut pictum aliquem Polyphemum Christophorum adspexerint, eo die non sint perituri. — Nam quid dicam de iis, qui sibi fictis scelerum condonationibus suavissime blandiuntur, ac Purgatorii spatia veluti clepsydris metiuntur, saecula, annos, menses, dies, horas tanquam e tabula mathematica citra ullum errorem dimetientes. Aut de iis, qui magicis quibusdam notulis ac preculis, quas pius aliquis impostor, vel animi causa, vel ad quaestum excogitavit, freti nihil sibi non pollicentur, opes, honores, voluptates, — denique proximum Christo apud Superos consessum, quem tamen nolint nisi admodum sero contingere, h. e. cum hujus vitae voluptates invitos eos ac mordicus retinentes tamen deseruerint, tum succedant illae Coelitum deliciae. Hic mihi puta negotiator aliquis, aut miles, aut judex abjecto ex tot rapinis unico nummulo vitae Lernam semel expurgatam putat, totque perjuria, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot caedes, tot imposturas, tot perfidias, tot proditiones existimat velut ex pacto redimi, et ita redimi, ut jam liceat ad novum scelerum orbem de integro reverti. Quid autem stultius iis, imo quid felicius, qui septem illis sacrorum Psalmorum versiculis quotidie recitatis plus quam summam felicitatem sibi promittunt? Atque hos magicos versiculos Daemon quispiam, facetus quidem ille, sed futilis magis quam callidus, divo Bernardo creditur indicasse, sed arte circumventus miser. Et haec tam stulta, ut me ipsam propemodum pudeat, tamen approbantur, idque non a vulgo modo, verum etiam a religionis professoribus. Quid jam,

nonne eodem fere pertinet, cum singulae regiones suum aliquem peculiarem vindicant Divum, cumque in singulos singula quaedam partiuntur, singulis suos quosdam culturae ritus attribuunt, ut hic in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatam restituat, hic in naufragio prosper adfulgeat, ille gregem tueatur: atque item de caeteris. Nam omnia percensere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant, praecipue Deïpara Virgo, cui vulgus hominum plus prope tribuit, quam Filio. Verum ab his Divis quid tandem petunt homines nisi quod ad stultitiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorum quorundam parietes omnes, ac testudinem ipsam refertam conspicitis, vidistisne unquam qui stultitiam effugerit, qui vel pilo sit factus sapientior? Alius enatavit incolumis. Alius ab hoste perfossus vixit. — Alius a marito deprehensus elusit. Nullus pro depulsa stultitia gratias egit. Adeo suavis quaedam res est nihil sapere, ut omnia potius deprecentur mortales, quam Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum pelagus ingredior? — Usque adeo omnis omnium Christianorum vita istiusmodi delirationibus undique scatet: quas ipsas tamen Sacrifici non gravatim et admittunt et alunt, non ignari, quantum hinc lucelli soleat accrescere. Inter haec, si quis odiosus sapiens exoriatur, succinatque id, quod res est, non male peribis, si bene vixeris; peccata redimes, si nummulo addideris odium malefactorum, tum lacrymas, vigilias, precationes, jejunia, ac totam vitae rationem commutaris; Divus hic tibi favebit, si vitam illius aemulaberis: haec, inquam, atque id genus alia, si sapiens ille obganniat, vide a quanta felicitate repente mortalium animos, in quem tumultum retraxerit! *p.* 450: Sic sculptus est hominis animus, ut longe magis fucis, quam veris capiatur. — Si quis sit Divus fabulosior et poëticus, quod si exemplum requiris, finge hujus generis Georgium, aut Christophorum, aut Barbaram; videbitis hunc longe religiosius coli, quam Petrum, aut Paulum, aut ipsum etiam Christum. *p.* 463: Porro Theologos silentio transire fortasse praestiterit, *καὶ ταύτην καμαρίναν οὐ κινεῖν*, nec hanc anagyrim tangere, utpote genus hominum mire superciliosum

atque irritabile, ne forte turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur, et ad palinodiam adigant, quod si recusem, protinus *haereticam* clamitent. Nam illico solent hoc terrere fulmine, si cui sunt parum propitii. Sane quamquam non alii sunt, qui minus libenter agnoscant meam in se beneficentiam, tamen hi quoque non mediocribus nominibus obstricti sunt, dum felices sua philautia, perinde quasi ipsi tertium incolant coelum, ita reliquos mortaleis omneis ut humi reptantes pecudes e sublimi despiciunt, ac prope commiserantur, dum tanto magistralium definitionum, conclusionum, corollariorum, propositionum explicitarum et implicitarum agmine septi sunt, tot exuberant κρησφυγέτοις, ut nec Vulcaniis vinculis sic possint irretiri, quin elabantur distinctionibus, quibus nodos omneis adeo facile secant, ut non Tenedia bipennis melius: tot nuper excogitatis vocabulis, ac prodigiosis vocibus scatent. — In quibus omnibus tantum est eruditionis, tantum difficultatis, ut existimem ipsis Apostolis alio spiritu opus fore, si cogantur hisce de rebus cum hoc novo Theologorum genere conserere manus. Paulus fidem praestare potuit: at idem cum ait: *fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*, parum magistraliter definivit. Idem ut caritatem optime praestitit, ita parum dialectice vel dividit, vel finit in priore ad Cor. epistola c. 13. etc. Ueber die unnützen Fragen der Scholastiker vergl. s. *Annot. in* 1 *Tim.* 1, 6. oben §. 144. not. g. *p.* 481: Principum quidem institutum summi Pontifices, Cardinales, et Episcopi jam pridem gnaviter aemulantur, ac prope superant. Porro si quis perpendat, quid linea vestis admoneat, niveo candore insignis, nempe vitam undiquaque inculpatam; quid sibi velit mitra bicornis, — puta Novi pariter et Veteris Instrumenti absolutam scientiam; — haec, inquam, atque id genus multa si quis perpendat, nonne tristem ac sollicitam vitam egerit? At nunc belle faciunt, cum sese pascunt, caeterum ovium curam aut ipsi Christo mandant, aut in Fratres, quos vocant, ac vicarios rejiciunt. Neque vel nominis sui recordantur, quid sonet Episcopi vocabulum, nempe laborem, curam, sollicitudinem. Verum in irretiendis pecuniis plane Episcopos agunt, οὐδ' ἀλαοσκοπίη. — Jam summi

Pontifices, qui Christi vices gerunt, si conentur ejusdem vitam aemulari, nempe paupertatem, labores, doctrinam, crucem, vitae contemptum, si vel Papae i. e. patris nomen, vel Sanctissimi cognomen cogitent: quid erit in terris afflictius? aut quis eum locum omnibus emat facultatibus; emptum gladio, veneno omnique vi tueatur? Quantum his abstulerit commoditatum, si semel incessiverit sapientia? Sapientia dixi? imo vel mica salis illius, cujus meminit Christus. — At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquitur, quibus abunde satis est otii. Porro si quid splendoris aut voluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, ut nullum paene hominum genus vivat mollius, minusque sollicitum, ut qui abunde Christo satisfactum existiment, si mystico ac paene scenico ornatu, cerimoniis, Beatitudinum, Reverentiarum, Sanctitatum titulis, et benedictionibus ac maledictionibus Episcopos agant. Priscum et obsoletum, nec horum omnino temporum, miracula edere: docere populum, laboriosum: sacras interpretari litteras, scholasticum: orare, otiosum: lacrymas fundere, miserum ac muliebre: egere, sordidum: vinci, turpe parumque dignum eo, qui vix Reges etiam summos ad pedum beatorum admittit oscula: denique mori, inamabile: tolli in crucem, infame. Restant sola haec arma ac benedictiones dulces, quarum meminit Paulus (*Rom.* 16, 18.), atque harum quidem sunt sane quam benigni, interdictiones, suspensiones, aggravationes, anathematizationes, ultrices picturae, ac fulmen illud terrificum, quo solo nutu mortalium animas vel ultra tartara mittunt. Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, et Christi vicarii in nullos torquent acrius, quam in eos, qui instigante Diabolo patrimonia Petri minuere atque arrodere conantur. Cujus cum haec vox sit in Evangelio: *reliquimus omnia, et sequuti sumus te*, tamen hujus patrimonium appellant agros, oppida, vectigalia, portitoria, ditiones. Pro quibus dum zelo Christi accensi, ferro ignique dimicant, non absque plurimo Christiani sanguinis dispendio, tum demum Ecclesiam Christi sponsam sese credunt apostolice defendere, fortiter profligatis, ut vocant, hostibus. Quasi vero ulli sint hostes Ecclesiae perniciosiores, quam impii Ponti-

lage und Richtung zu geben suchte w). Nicht minder bedeutende

fices, qui et silentio Christum sinunt abolescere, et quaestuariis legibus alligant, et coactis interpretationibus adulterant, et pestilente vita jugulant. — *p.* 485: Jam vero vulgus Sacerdotum, nefas esse ducens, a Praesulum suorum sanctimonia degenerare, euge, quam militariter pro jure decimarum ensibus, jaculis, saxis, omnique armorum vi belligerantur: quam hic oculati, si quid ex veterum litteris possint elicere, quo plebeculam territent, et plus quam decimas deberi convincant. At interim non venit in mentem, quam multa passim legantur de officio, quod illi vicissim praestare populo debeant. Nec saltem admonet eos vertex rasus, Sacerdotem omnibus hujus mundi cupiditatibus liberum esse oportere, neque quidquam nisi coelestia meditari. Sed homines suaves se suo officio probe perfunctos ajunt, si preculas illas suas utcumque permurmurarint, quas me Hercule demiror si quis Deus vel audiat, vel intelligat, cum ipsi fere nec audiant, nec intelligant, tum cum eas ore perstrepunt.

w) Dahin gehören außer seinen Arbeiten über das N. T., seinen Ausgaben des Cyprianus und des Hieronymus, und seinen Uebersetzungen von Schriften des Origenes, Athanasius und Chrysostomus insbesondere noch: Ratio verae theologiae, Ecclesiastes s. de ratione concionandi, und Commentare zu mehreren Psalmen, sämmtl. in d. Opp. ed. Clerici T. V. Zur Bezeichnung des Grades seiner theologischen Erkenntniß diene zuerst seine treffende Bemerkung über die Entwickelung der Dogmen und Einrichtungen in der christl. Kirche. *Annot. ad Matth.* 11, 30. *jugum meum suave:* Quemadmodum apud Judaeos legem per se molestam aggravabant hominum constitutiones, ita cavendum est etiam atque etiam, ne Christi legem, per se blandam ac levem, gravem et asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum accessiones. Quae sic primum obrepunt, ut vel tanquam pusilla negligantur, vel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam homines probi magis quam providi. Semel recepta paulatim gliscunt augescuntque, donec in immensum aucta jam nolentes premant et obruant, seu consuetudinis, cujus

violenta tyrannis est, praesidio, seu Principum auctoritate, quod temere receptum est in suum emolumentum abutentium, mordicusque retinentium. Quam pura, quam simplex fides a Christo nobis tradita, quam huic simile symbolum, sive ab Apostolis ipsis, sive a viris apostolicis proditum! Huic deinde multum adjunxit Ecclesia, dissidiis Haereticorum dissecta vexataque: quorum etsi quaedam sunt, quae citra fidei dispendium poterant omitti, tamen pleraque videbantur etiamnum ad rem pertinere. Tot jam erant symbola, quot homines, nihilo melius bonae fidei signum, quam cum in contractibus res multis ac verbosis syngraphis agitur, quae cum ad excludendas captiones adhibeantur, quo circumspectius scriptae sunt, hoc plus captionum solent fere gignere. Postremo res eo paulatim deducta est, ut Scholasticorum aliquot placita, quos articulos vocant, aut homunculorum quorundam nova quaedam ad fastum comminiscentium vel opiniones, vel somnia propemodum aequentur articulis fidei apostolicae. Atque in his nec scholae diversae, nec ejusdem scholae mystae inter se consentiunt: neque apud ipsos perpetua sunt, sed pro tempore mutantur. Et tamen ita primum irrepserunt, ut in scholis tantum haberentur probabiles opiniones. Mox scholae parietes egressae in libros, et in publicas adeo conciones eruperunt. Ac saepenumero fit, ut quod semel utcunque prodidit definiendi temeritas, confirmet et augeat tuendi pertinacia. Sunt autem pleraque hujus generis, ut impium sit homini de his definire. Qualia fere sunt, quae de ratione essentiae divinae, deque distinctione Personarum philosophamur. — His proxima sunt, quae de ratione mysteriorum, velut e coelo petita, pronunciamus: cum magis ad pietatem faciat ex his excerpere, quae ad vitae sanctimoniam conducant. Verum haec pronunciandi temeritas a Veteribus orta nunc longius progressa est, quam ut ferri possit. Dann kommt er auf das onus humanarum constitutionum, auf die Menge der Hierarchen, qui religionis imagine personati, ventris agunt negotium, auf die Masse von Kirchengesetzen über Kleidung, Fasten, Feste, Gelübde, Ehe, Beichte, die zum Drucke des Volkes und zum Gewinne der Geistlichen dienen. In templis vix vacat Evangelium interpretari. Concionis

bona pars ad Commissariorum (der Ablaßkrämer) arbitrium consumenda est. Nonnunquam et sacrosancta Christi doctrina aut supprimenda, aut ad illorum rem detorquenda. Ad haec qui modeste pii sunt, taciti secum ingemiscunt. Qui populi malis aluntur, et quorum interest Christi gregem — quam maxime servum esse et obnoxium, adeo non reclamant, ut modis omnibus exaggerent. Accedunt iis, qui vel ambiunt praemium aliquod obsequii, vel timent poenam libertatis. Ita dum nemo succurrit, res paulatim eo prolabitur, ut pene nihil jam pudeat. — Nec ulla superest medendi spes, nisi si Christus ipse vertat, aut certe excitet Pontificum ac Principum animos ad ea quae verae sunt pietatis: aut Theologi et Concionatores, non seditiosis clamoribus, sed sobrie placideque quae Christo digna sunt, magno consensu doceant et inculcent. — Tumultus ubique vitandus: et praestat ferre Principes impios, quam novatis rebus gravius malum accersere (nach diesem Grundsatze beurtheilte Erasmus auch später die Reformation Luthers). *Ann. ad* 1 *Cor.* 7, 39. untersucht er: an liceat ut matrimonia quaedam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis, neque per quoslibet, sed per Ecclesiae praefectos, aut judices legitimos, et ita dirimantur, ut liberum sit utrique cui velit jungi, aut alteri certe, qui divortio non dederit causam. Scio quaedam esse ejus generis, ut nefas sit ceu dubia vocare in disputationem. — Quaedam ita recepta sunt auctoritate Ecclesiae, ut pro re nata possint mutari. Diesen letzten Satz belegt er, indem er aus der Praxis des christl. Alterthums, und den heil. Schriften die Zulässigkeit der Ehescheidung zu erweisen sucht, mit folgenden Beispielen: In Actis Apostolorum solenni celebrique Concilio decretum ac promulgatum est, ut qui ex Paganismo cooptarentur in Christianos, abstinerent ab idolothytis, a suffocato animante, a sanguine, et a stupro. — Et tamen quod ibi decretum est, adeo est antiquatum, ut nunc judaizare crederetur, qui abhorreret a gallina suffocata, aut fartis sanguine distentis. — Paulus vetat Episcopum fieri qui neophytus sit, aut percussor, aut vinolentus. At hodie Romanus Pontifex vel heri baptizatum, vel piratam publicum admittet ad honorem episcopalem, si videatur, nihil deterritus Paulina constitutione. In synaxi

transsubstantiationem sero definivit Ecclesia: diu satis erat credere, sive sub pane consecrato, sive quocumque modo adesse verum corpus Christi: ubi rem propius contemplata est, ubi exactius expendit, certius praescripsit. Non erant haeretici, qui olim credidissent Spiritum Sanctum a Patre duntaxat procedere, et haud scio, an maxima pars Christianorum primitus ita crediderit: expensa re definiit Ecclesia, quod hodie sequimur. Idem videtur accidisse in conceptione b. Virginis, si tamen hoc Ecclesia sic definiit, ut haereticus sit habendus qui dubitet. — Nemo priscorum audebat clare pronuntiare, Spiritum Sanctum esse Patri Filioque homousion, ne tum quidem, quum quaestio de Filio tanta contentione per universum orbem agitaretur. — Nunc audemus profiteri. Weiter unten, ob die Ehe ein Sacrament sey? Jam vero quod de sacramento afferunt, cujusmodi sit, videamus, per quod volunt omne matrimonium semel contractum esse indissolubile. Neque enim hic Augustinus, qui tria bona ponit in matrimonio, quum tertium sacramentum vocat, sentit unum e septem sacramentis: quod ipsum subnotare videtur Petrus Lombardus Dist. XXXI.: imo haud scio, an hoc sacramentum septimum veteribus fuerit cognitum. Primum quod Dionysius enumerans nominatim singula, et singulorum vires, ritus ac ceremonias explicans, de conjugio nullam facit mentionem. — Deinde quum tot voluminibus tractatum sit de matrimonio vel a Graecis vel a Latinis, nullus est locus unde liqueat, illos conjugium inter septem sacramenta commemorare. — Verum cur haec recenseo, quum Durandus (s. Abthl. 3. §. 114. not. a) fateatur, matrimonium a recentioribus Theologis denique numerari coeptum inter ea, quae proprie dicuntur Ecclesiae sacramenta? Porro quod Paulum sequuti veteres matrimonium aliquoties vocant sacramentum, id sentiunt, opinor, in copula viri et uxoris, quoniam est arctissima amicitia, repraesentari typum quendam et imaginem Christi, sponsam Ecclesiam sibi copulantis. Ueber des Erasmus Verdienste im Allgemeinen s. des Johannes Turzo, B. v. Breslau, Schreiben an Erasmus dd. 1. Dec. 1519 (*Erasmi opp. III.*, *I. p.* 522): At tu quomodo tibi non injurius videri possis, qui laudes, quibus te universus propemodum orbis ve-

Winke über die der Kirche zu wünschenden Verbesserungen gab sein Freund Thomas Morus in seiner Utopia (1516) x).

rissime prosequitur, — averseris? Debentur profecto tibi longe majora, praesertim cum tui unius patrocinio omnium honestissimarum disciplinarum nitor, multo jam barbariei situ et squalore obtenebratus, resplendescat, tum sincerae quoque illius theologiae puritas, et sanctissima studia, prope ad interitum redacta, te parente, te duce veluti renata toto orbe reflorescant.

x) Thomas Morus, aus den Quellen bearbeitet von D. G. Th. Rudhart, Nürnberg 1829. 8. *De optimo reipublicae statu deque nova insula Utopia.* In der Beschreibung dieses Idealstaates findet sich *lib. II.* (*ed. Glasguae* 1750. 8. *p.* 227) ein Abschnitt *de religionibus Utopiensium:* Religiones sunt non per insulam modo, verum singulas etiam urbes variae, aliis solem, lunam aliis, aliis aliud errantium siderum Dei vice venerantibus. Sunt, quibus homo quispiam, cujus olim aut virtus aut gloria enituit, non pro Deo tantum, sed pro summo etiam Deo suspicitur. At multo maxima pars, eademque longe prudentior nihil horum, sed unum quoddam numen putant, incognitum, aeternum, immensum, — per mundum hunc universum virtute, non mole, diffusum: hunc parentem vocant, origines, auctus, progressus, vices, finesque rerum omnium huic acceptos uni referunt, nec divinos honores alii praeterea ulli applicant. Quin caeteris quoque omnibus, quanquam diversa credentibus, hoc tamen cum istis convenit, quod esse quidem unum censent summum, cui et universitatis opificium et providentia debeatur, eumque communiter omnes patria lingua Mithram appellant. — Caeterum paulatim omnes ab ea superstitionum varietate desciscunt, atque in unam illam coalescunt religionem, quae reliquas ratione videtur antecellere. — At posteaquam acceperunt a nobis Christi nomen, doctrinam, mores, miracula, — non credas quam pronis in eam sectam affectibus etiam ipsi concesserint. — Haud pauci nostram in religionem coierunt, lymphaque sacra sunt abluti. Verum quoniam in nobis — nemo — sacerdos erat, caeteris initiati ea tamen sacramenta desiderant, quae apud

Es war nicht zu verwundern, daß die Scholastiker, als die Wächter des geschichtlich gegebenen kirchlichen Zustandes

nos non nisi sacerdotes conferunt: intelligunt tamen optantque ita ut nihil vehementius. Quin hoc quoque sedulo jam inter se disputant, an sine christiani Pontificis missu quisquam e suo numero delectus sacerdotii consequatur characterem: et electuri sane videbantur, verum quum ego discederem, nondum elegerant. Quin hi quoque, religioni christianae qui non assentiunt, neminem tamen absterrent, nullum oppugnant imbutum, nisi quod unus e nostro coetu me praesente coërcitus est. Is quum recens ablutus, nobis contra suadentibus, de Christi cultu publice majore studio quam prudentia dissereret, usque adeo coepit incalescere, ut jam non nostra modo sacra caeteris anteferret, sed reliqua protinus universa damnaret, profana ipsa, cultores impios ac sacrilegos, aeterno plectendos igni vociferaretur. Talia diu concionantem comprehendunt, ac reum non spretae religionis, sed excitati in populo tumultus, agunt, peraguntque, damnatum exilio mulctant. Siquidem hoc inter antiquissima instituta numerant, ne sua cuiquam religio fraudi sit. Utopus enim jam inde ab initio — in primis sanxit, uti, quam cuique religionem libeat sequi liceat; ut vero alios quoque in suam traducat, hactenus niti possit, uti placide ac modeste suam rationibus adstruat, non ut acerbe caeteras destruat. — Haec Utopus instituit non respectu pacis modo, — sed quod arbitratus est, uti sic decerneretur, ipsius etiam religionis interesse, de qua nihil est ausus temere definire, velut incertum habens, an varium ac multiplicem expetens cultum Deus aliud inspiret alii. Certe vi ac minis exigere, ut quod tu verum credis idem omnibus videatur, hoc vero et insolens et ineptum censuit. Tum si maxime una vera sit, caeterae omnes vanae, facile tamen praevidit (modo cum ratione ac modestia res agatur) futurum denique, ut ipsa per se veri vis emergat aliquando atque emineat: sin armis et tumultu certetur, ut sunt pessimi quique maxime pervicaces, optimam et sanctissimam religionem ob vanissimas inter se superstitiones, ut segetes inter spinas ac frutices, obrutum iri.

gegen die Humanisten, von denen sie so manchen Spott, und die Kirche so manchen Tadel zu ertragen hatten, mistrauisch

Itaque hanc totam rem in medio posuit, et quid credendum putaret, liberum cuique reliquit: nisi quod sancte aut severe vetuit, ne quis usque adeo ab humanae naturae dignitate degeneret, ut animas quoque interire cum corpore, aut mundum temere ferri sublata providentia putet. Atque ideo post hanc vitam supplicia vitiis decreta, virtuti praemia constituta credunt: contra sentientem ne in hominum quidem ducunt numero, ut qui sublimem animae suae naturam ad pecuini corpusculi vilitatem dejecerit: tantum abest, ut inter cives ponant, quorum instituta moresque (si per metum liceat) omnes floccifacturus sit. — Quamobrem sic animato nullus communicatur honos, nullus magistratus committitur, nulli publico muneri praeficitur: — caeterum nullo afficiunt supplicio, quod persuasum habeant, nulli hoc in manu esse, ut quicquid libet sentiat. — Verum, ne pro sua disputet sententia, prohibent, atque id duntaxat apud vulgus: nam alioquin apud sacerdotes gravesque viros seorsum non sinunt modo, sed hortantur quoque, confisi fore, ut ea tandem vesania rationi cedat. — Gratum Deo cultum putant naturae contemplationem, laudemque ab ea. Sunt tamen, hique haud sane pauci, qui religione ducti literas negligunt, nulli rerum cognitioni student, neque otio prorsus ulli vacant, negotiis tantum bonisque caeteris officiis statuunt futuram post fata felicitatem promereri. Itaque alii aegrotis inserviunt, alii vias reficiunt, — nec in publicum modo, sed privatim quoque ministros ac plus quam servos agunt: nam quicquid usquam operis est asperum, difficile, sordidum, — hoc illi sibi totum libentes hilaresque desumunt; caeteris otium procurant, ipsi perpetuo in opere ac labore versantur: nec imputant tamen, nec aliorum sugillant vitam, nec suam efferunt. Hi quo magis sese servos exhibent, eo majore apud omnes in honore sunt. Eorum tamen haereses duae sunt: altera coelibum, qui non Venere modo in totum abstinent, sed carnium esu quoque; — altera laboris haud minus appetens, conjugium praefert, ut cujus nec aspernantur solatium, et

und aufgebracht wurden. Diese Abneigung hatte sich bereits

opus naturae debere se et patriae liberos putant. Nullam voluptatem refugiunt, quae nihil eos ab labore demoretur; carnes quadrupedum vel eo nomine diligunt, quod tali cibo se validiores ad opus quodque censeant. Hos Utopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant: quos, quod coelibatum anteferunt matrimonio, asperamque vitam placidae anteponunt, si rationibus niterentur, irriderent, nunc vero, quum se fateantur religione duci, suspiciunt ac reverentur. — Sua lingua Buthrescas (d. i. βουθρήσκους) vocant, quod verbum latine Religiosos licet interpretari. Sacerdotes habent eximia sanctitate, eoque admodum paucos. — Unus reliquis praeficitur. Eliguntur a populo, idque caeterorum ritu magistratuum, occultis, ad studia vitanda, suffragiis: electi a suo collegio consecrantur. Hi rebus divinis praesunt, religiones curant, ac morum veluti censores sunt. — Caeterum ut hortari atque admonere illorum est, ita coërcere atque in facinorosos animadvertere Principis atque aliorum est magistratuum, nisi quod sacris interdicunt quos improbe malos comperiunt. Nec ullum fere supplicium est quod horreant magis: nam et summa percelluntur infamia, et occulto religionis metu lacerantur, ne corporibus quidem diu futuris in tuto: quippe ni properam poenitentiam sacerdotibus approbent, comprehensi impietatis poenam senatui persolvunt. Pueritia juventusque ab illis eruditur, nec prior litterarum cura, quam morum ac virtutis habetur. — Sacerdotibus (ni foeminae sint: nam neque ille sexus excluditur, sed rarius, et non nisi vidua natuque grandis eligitur) uxores sunt popularium selectissimae. Neque enim ulli apud Utopienses magistratui major habetur honos; usque adeo, ut, si quid etiam flagitii admiserint, nulli publico judicio subsint. Deo tantum ac sibi relinquuntur. — Religio quoniam non est ibi apud omnes eadem, et universae tamen ejus formae, quanquam variae ac multiplices, in divinae naturae cultum, velut in unum finem diversa via commigrant; idcirco nihil in templis visitur auditurve, quod non quadrare ad cunctas in commune videatur. Si quod proprium sit cujusquam sectae

auf mancherley, meist ungeschickte, Weise kund gegeben y), als

sacrum, id intra domesticos quisque parietes curat. Publica tali peragunt ordine, qui nulli prorsus ex privatis deroget: itaque nulla Deorum effigies in templo conspicitur, quo liberum cuique sit, qua forma Deum velit e sua religione concipere: nullum peculiare Dei nomen invocant, sed Mithrae duntaxat, quo vocabulo cuncti in unam divinae majestatis naturam, quaecunque sit illa, conspirant: nullae concipiuntur preces, quas non pronunciare quivis inoffensa sua secta possit. Alles dieß können nicht blos heitere Scherze einer heitern Seele seyn, wie Rudhardt S. 156 will. Die Utopier sollen nicht vollkommene Menschen, aber ihre Einrichtungen sollen nach der Absicht des Verfs. so vortrefflich seyn, wie sie unter unvollkommenen Menschen möglich sind. Die ernst gemeinten Grundsätze des Verfs. ergeben sich überall von selbst, eben so wie ihre Anwendung auf die damaligen Verhältnisse: die Utopia schließt: facile confiteor permulta esse in Utopiensium republica, quae in nostris civitatibus optarim verius quam sperarim.

y) Vgl. was Reuchlin über sein Auftreten in Basel 1478 in seiner *Dedicat. libri de acc. et orth. ad Adrianum Card.* (*Vita Reuchlini descripta a J. H. Majo.* p. 161) erzählt: Extra ordinem utriusque generis auctores publice docui. Atque id primum studio, magis ut grammatici quam elegantes haberemur. Quid enim requireres amplius ab hominibus, qui annos jam supra trecentos aliud nihil moliebantur, quam ut barbari essent! Unde cum loquendi vitio amor etiam et voluptas quaedam balbutiendi insederat. Sed prospere cessit. Magnae rei non frustra admoliti manum sumus, tametsi strenue refragarentur initio istius generis magistri, quos hodie scilicet hostes patimur, quibus corruptissimo judicio et admirabili φιλαυτίᾳ tumentibus nihil praeter faeces suas recte probatur. Jam usu res exsplendescebat, fiebatque, ut purius et scriberet et diceret juventus Germanica, idque me auspice. Deinde accessit Graecarum literarum studium, sine quibus nemo sat politus censeri potest. Hisce ad philosophiam revocabamur Aristotelicam, quae nonnisi a Graecis hominibus proprie ac rite tradi solet. Huc aspirabant, si qui bonis ingeniis, non

der Streit Reuchlins mit Johann Pfefferkorn und den kölni-

corrupta ista et perturbata disciplina infecti erant. Sensim pueriles scholarum nugae deserebantur. Ibi vero supercilia tollentes veternosi Sophistae, mirum, ut ridiculi ajebant, literarum genus a nobis tractari, alienum a Romana pietate; Graecos schismaticos esse; interdictas eorum disciplinas contra Ecclesiae decreto nobis magistris prodi. Viden', — quid passus a Sophistis effecerim, ut resipisceret Germania vel tandem? Sero enim Phryges sapiunt. Erasmus erzählt mit Beziehung auf seine Ausgabe des N. T. *Ep. ad Capitonem ann.* 1516 (*Opp.* III, I, *p.* 188.): Nuper hic (Antverpiae) quidam apud plebem, in sacra scilicet concione, lachrymabili voce deploravit, actum esse de divinis literis ac theologis, qui hactenus fidem christianam suis humeris fulsissent, posteaquam extitissent, qui sacrosanctum Evangelium, atque adeo ipsam precationem dominicam emendarent: perinde quasi ego Matthaeum aut Lucam reprehendam, ac non eos potius, quorum inscitia incuriave depravatum est, quod illi recte scripserunt. Aehnliches geschah, als er an der Ausgabe des Hieronymus arbeitete, s. *Epist. apologetica ad Mart. Dorpium* (*Opp. T. IX. v. d. Hardt hist. reform. liter. I, p.* 22.): Cum opus esset institutum, et fama jam percrebuisset, accurrere quidem graves ut habentur viri, et insignes ut sibi videntur theologi, per omnia sacra typographum obtestantes, ne quid Graecitatis aut Hebraismi pateretur admisceri: ingens in eis literis esse periculum, nec quicquam esse fructus: ad solam curiositatem esse paratas. Ueber die Aufnahme seiner Ausgabe des N. T. sagt er *Ep. ad Leonem* X. *ann.* 1519 (*l. c. p.* 490): Hanc mire consentientibus calculis approbant omnes, exceptis perpaucis, quorum alii stupidiores sunt, quam ut possint rectis rationibus coargui, alii superbiores, quam ut velint meliora discere, — quidam ambitiosiores, quam ut sustineant videri nescisse quicquam antehac, sed omnes ejusmodi, ut non referat talium ambisse suffragium. — Metuebant tyrannidi suae, quidam etiam quaestui, si mundus resipisceret. Quid sibi persuaserint nescio, certe rudibus et indoctis persuadere conantur, linguarum cognitionem, bonasque, quas vocant,

schen Dominicanern über die Frage, ob alle Schriften der Juden zu verbrennen seyen, das Zeichen zu einem allgemeinen

literas adversari theologiae studio, cum nullis disciplinis ea magis vel ornetur, vel adjuvetur. Hi (ut sunt omnibus Musis et Gratiis iratis nati) sine fine belligerantur adversus studia, sese nostris temporibus ad meliorem frugem erigentia. Summa vero victoriae spes in meris sycophantiis illis est sita. Si libris agant, nihil aliud quam suam traducunt stultitiam, simul atque inscitiam. Si rationibus conflictantur, nimirum superat manifesta veritas: tantum apud imperitam plebeculam stultasque mulierculas vociferantur, quibus imponere facillimum est, praesertim religionis praetextu, cujus simulandae miri sunt artifices. Praetexunt horrenda nomina, haereses, antichristos: jactitant periclitari, nutareque religionem christianam, quam ipsi scilicet suis humeris sustinent, atque his tam odiosis admiscent mentionem linguarum, ac politioris literaturae. Haec, inquiunt, horrenda dictu nascuntur ex poëtica, nam hoc vocabulo traducunt quicquid est elegantioris doctrinae, hoc est quicquid ipsi non didicerunt. Hujusmodi naenias non pudet etiam in sacris concionibus deblaterare, qui se praecones evangelicae doctrinae haberi postulant. Abutuntur et Romani Pontificis et Romanae sedis nomine, videlicet apud nullos, ut par est, non sacrosancto. His technis, his cuniculis adoriri parant efflorescentes optimas literas, ac puriorem illam theologiam, suos fontes resipientem. Nihil non tentatum est, nullum calumniae genus non excogitatum in eos, quorum opera vident haec studia gliscere: inter quos me quoque numerant etc. Wie es gebildeteren Mönchen in den Klöstern ging, schildert i. J. 1509 Joh. Butzbach, Prior im Kloster Laach, s. meine *Symbolae ad hist. monasterii Lacensis ex codd. Bonnensibus depromtae. Bonnae* 1826. 4. *p.* 37 *s.* u. a. *p.* 38: Si quispiam auctorem aliquem legere coepit saecularem, si carmen vel simile aliquod edere tentaverit, quasi jam religionem abnegaverit, continuo exclamant: quid iste fantasticus fantisat? quid delirus hic insanit? Num et ipse vult esse poëta? Crimen est apud tales nunc legere poëtam; carmen recitavisse, scelus; sacrilegium, novisse Mantuanum.

Partheykampfe zwischen den Humanisten und Scholastikern in Deutschland gab z). Jacob v. Hochstraten, Dominicanerprior in

vgl. *Hottingeri Analecta diss. I. p.* 5 *ss.* Hottinger's Helvet. Kirchengesch. Th. 3. S. 125. 285 f.

z) Ueber die Geschichte desselben s. *v. d. Hardt hist. liter. Reformat. P. II. Vita Jo. Reuchlini descr. a J. H. Majo p.* 250 *ss.* Meiners Lebensbeschr. berühmter Männer Bd. 1. S. 97 ff. Erhard's Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung Bd. 2. S. 292 ff. Mayerhoff's Reuchlin S. 114 ff. Johann Pfefferkorn, 1506 vom Judenthum bekehrt, ein begünstigter Schützling der cölnischen Dominicaner, hatte nach mehreren die Juden zur Bekehrung einladenden Schriften 1509 in einer Flugschrift das Volk aufgefordert, bei den Obrigkeiten durchzusetzen, daß die Juden aus dem Lande gejagt, alle ihre Bücher außer der h. Schrift verbrannt, und ihre Kinder christlich erzogen würden. Mit Hülfe der Dominicaner erlangte er alsbald ein kaiserliches Mandat, wonach alle jüdische gegen das Christenthum gerichtete Schmähschriften vertilgt werden sollten: alsdann trug der Kaiser dem Churf. v. Mainz 1510 auf, von mehreren Sachkundigen, namentlich auch von Reuchlin, Gutachten darüber einzuziehen, ob alle jüdische Bücher außer der heil. Schrift zu vernichten seyen (s. das kaiserl. Schreiben im Augenspiegel bei *v. d. Hardt II, p.* 17). Reuchlin entscheidet in seinem Gutachten (abgedr. im Augenspiegel *l. c. p.* 20 ff.) dahin, daß nur Schmähschriften gegen das Christenthum, nicht aber die andern Schriften, welche die Juden außer der Bibel besäßen, vertilgt zu werden verdienten. Gegen dieses Gutachten ließ Pfefferkorn, dem es auf unbekannte Weise zugekommen war, eine Schmähschrift Handspiegel 1511 erscheinen, welcher Reuchlin alsbald eine heftige Antwort Augenspiegel (abgedruckt *l. c. p.* 16 *ss.*) entgegensetzte. In demselben fanden die Cölner Dominicaner, welche die dortige theologische Facultät leiteten, Ketzereien: Reuchlin suchte sie zuerst durch Briefe zu begütigen (*Epistolae Reuchlini lib. II. p.* 115 *ss.* bei *Majus p.* 318 *ss.*), statt der verlangten Unterdrückung seines Augenspiegels und des Widerrufs mehrerer Sätze desselben gab er aber eine deutsche Erklärung der letzteren heraus (Ain klare Verstantnus in Tütsch uff Doctor Johansens Reuchlings Rathschlag von den Juden Büchern, vormals auch zu Latin im Augenspiegel ußgegangen 1512): dagegen ließen die Cölner sogleich erscheinen; *Arti-*

Cöln, zog nach Mainz, um dort als Inquisitor den Reuchlin zu verdammen (1513) aa): die Entscheidung des Bischofs v. Speyer, als päpstlichen Commissarius, fiel zwar darauf völlig zu Reuchlins Gunsten aus (1514) bb): die Dominicaner aber appellirten von neuem, und boten in Rom ihren ungemessenen Einfluß auf cc). Leo X. wagte eben so wenig gegen diese furchtbaren Diener seines Stuhls zu entscheiden dd), als er seine Schütz-

culi sive propositiones de judaico favore nimis suspectae, ex libello theutonico Domini Jo. Reuchlin, Legum Doctoris (cui Speculi ocularis titulus inscriptus est) extractae, cum annotationibus et improbationibus venerabilis ac zelosi viri, Magistri nostri Arnoldi de Tungeri, Artium et sacrae Theologiae Professoris profundissimi (Auszüge daraus bei *Majus p.* 345 *ss.*). Reuchlin verantwortete sich wiederum sehr heftig in der an den Kaiser gerichteten *Defensio contra calumniatores suos Colonienses. Tubingae* 1513 (abgedr. bei *v. d. Hardt II, p.* 53 *ss.*). Zugleich forderte er seine zahlreichen Freunde und Gönner zum Beistande auf, und es bildete sich ein zahlreicher Bund der Humanisten und ihrer Beschützer gegen die Cölner s. Meiners a. a. O. S. 143 ff. Diese letztern aber begannen jetzt das inquisitorische Verfahren.

aa) Ueber dieses Mainzer Verfahren s. Reuchlins Schreiben an Wimpheling *dd. Stuttgard. d. s. Andreae* 1513 zuerst gedruckt b. *Majus p.* 390 *ss.* Die Acten bei *v. d. Hardt II, p.* 94 *ss.*

bb) Das Urtheil bei *v. d. Hardt II, p.* 114.

cc) Besonders suchten sie dadurch Eindruck zu machen, daß sie die theologischen Facultäten in Paris, Mainz, Erfurt und Löwen veranlaßten, dem Urtheile der cölnischen Facultät gegen den Augenspiegel beizutreten, Meiners S. 187.

dd) Wie die cölnischen Dominicaner schon zu Allem entschlossen waren, s. *Buschii ep. ad Reuchlin.* (in dess. *Epistt. lib. II, p.* 168 *s.*): Praeterea audent aperte jactare perversissimi homines, nisi secundum se pronuntiatum fuerit in urbe, ab Ecclesia et summo ejus Pontifice se defecturos, et schisma novum suscitaturos. Alii ad futurum Concilium provocaturos se minantur. Alii dicunt, quicquid contra se statuerit Papa nullius momenti esse, neque pro Papa habendum eum, qui ab se sua-

linge, die Humanisten, preisgeben wollte: und so kam es zu gar keinem Urtheile ee). Um so mehr wuchs den Humanisten der Muth: sie strömten eine Fluth beißender Satyren, unter denen die Epistolae obscurorum virorum die erste Stelle einnehmen ff), über ihre geistlosen Gegner aus; der ritter-

que sententia dissentiat. Tam caeca, tam praeceps est arrogantia eorum, ut non pudeat etiam postulare obnoxium sibi summum Pontificem esse: se palam omnibus Ecclesiam esse dictitant, sine se in rebus fidei Papam nihil decernere nec posse, nec debere conclamant. Nihil hercle secius aut honorificentius de summo Pontifice loquuntur, quam de puero sub ferula adhuc vivente, cui nihil nisi ad paedagogi sui nutum integrum sit aut liberum loqui.

ee) Die Acten des römischen Verfahrens s. bei *v. d. Hardt II, p.* 117 *ss.*

ff) Das erste Buch erschien unter dem Titel: *Epistolae obscurorum virorum ad venerabilem virum Magistrum Ortuinum Gratium Daventriensem, Coloniae Agrippinae bonas literas docentem, variis et locis et temporibus missae* (b. Wolfg. Angst. Hagenau 1516). 4. Das zweyte: *Epist. obsc. vir. ad Mag. Ort. Grat. non illae quidem veteres et prius visae, sed et novae et illis prioribus elegantia, argutiis, lepore ac venustate longe superiores* (Basel b. Froben, 1517). 4. Das dritte Buch ist weit später hinzugefügt. Neueste Ausgaben: von D. E. Münch, Leipzig 1827 u. recognita et praefatione a Dno *H. W. Rotermundo* aucta, Hannoverae 1827. 8. An Ortuinus waren diese Briefe gerichtet, weil man denselben für den wahren Verfasser der Pfefferkornischen Schriften hielt. Auch die Dunkelmänner gaben zu (Ausg. v. Münch S. 194): Pfefferkorn quidem composuit materiam, sed Mag. Ortuinus postea latinisavit. Erasmus und Reuchlin, obgleich bald in Verdacht gezogen, sind bei der Abfassung ganz unbetheiligt. Ganz wird der Schleier über den Ursprung dieser Briefe wohl nie gelüftet werden: die neuesten bedeutenden Untersuchungen darüber sind von Chr. Gottfr. Müller, Rector der Fürstenschule in Meißen, in einem lat. Schulprogramme von 1801, Mohnicke in Ersch und Gruber's Encyclopädie Th. 4. S. 105 Art. Wolfg. Angst, u. E. Münch in der Einleitung zu s. Ausgabe S. 28 ff. Hauptverfasser sind wahr-

liche **Ulrich von Hutten** gg) ging aber sogar in seiner Entrüstung über dasjenige, was die Deutschen von Rom aus zu leiden gehabt hatten, zu Verhöhnungen des Papstthums über hh).

scheinlich Crotus Rubianus u. Ulrich v. Hutten: wer aber von denselben die erste Idee gefaßt habe, ob dieselbe vielleicht von dem gelehrten Buchdrucker Angst herrühre, und ob Hutten schon an dem ersten Theile mitgearbeitet habe; darüber ist Verschiedenheit der Meinung. An dem zweiten Theile scheint von mehreren Humanisten auf der Ebernburg gearbeitet zu seyn s. E. Münch's Franz v. Sickingens Thaten Bd. 1. S. 348. Wie treffend der Ton der damaligen Pfaffen nachgeahmt war, s. *Erasmi epist. ad Mart. Lipsium dd.* 5. *Sept.* 1528 (*Opp. III, II, p.* 1110): Ubi primum exissent Epistolae obscurorum Virorum, miro Monachorum applausu exceptae sunt apud Britannos a Franciscanis ac Dominicanis, qui sibi persuadebant, eas in Reuchlini contumeliam et Monachorum favorem serio proditas: quumque quidam egregie doctus, sed nasutissimus, fingeret se nonnihil offendi stylo, consolati sunt hominem. Ne spectaris, inquiunt, o bone, orationis cutem, sed sententiarum vim. Nec hodie deprehendissent, ni quidam addita epistola lectorem admonuisset, rem non esse seriam. Post in Brabantia Prior quidam Dominicanus et Magister noster, volens innotescere patribus, coëmit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret Ordinis proceribus, nihil dubitans, quin in Ordinis honorem fuissent scriptae. Quis fungus possit esse stupidior? At isti sunt, ut sibi videntur, Atlantes Ecclesiae nutantis, ex his designantur cognitores de dogmatibus ecclesiasticis etc.

gg) Ueber ihn s. Meiners Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissensch. Bd. 3. Ulrich von Hutten, nach s. Leben, s. Character u. s. Schriften geschildert von C. J. Wagenseil, Nürnberg 1823. 8. — *Ulrici ab Hutten opera quae exstant omnia* herausgeg. von E. J. H. Münch 5 Theile, Berlin 1821—25. 8.

hh) So insbesondere die *Praef.* zu seiner Ausgabe von *Laur. Valla de falso credita et ementita Constantini donatione* 1517 (in dem *Fasciculus rerum expetend. et fugiendarum ed. Brown p.* 128

Gleich darauf verschwand dieser Streit, gleich einem unbedeutenden Vorgefechte, in dem großen Kampfe der lutherischen Reformation ii), in welchem die meisten Humanisten sich als=

in Münch's Ausgabe Th. 2. S. 401 ff.). Gewiß gehören ihm aber auch viele der jetzt zahlreich anonym erscheinenden satyrischen Schriften an: von den gegen das Papstthum gerichteten wahrscheinlich *Julius exclusus*, *dialogus* (abgedr. in Münch's Ausg. der *Epistolae obscur. virorum p.* 417 *ss.*) *Oratio ad Christum pro Julio II*, (*l. c. p.* 458 *ss.*) *Philalethis dialogus de facultatibus Romanensium nuper publicatis* (*l. c. p.* 471 *ss.*). Eine wahrscheinlich von Caelius Secundus Curio veranstaltete Sammlung solcher Satyren sind die *Pasquillorum Tomi duo. Eleutheropoli* (Basel) 1544. 8. Der zweite Theil enthält blos Satyren von Hutten und Crotus Rubianus.

ii) s. Luther's Brief an Reuchlin v. 14. Dec. 1518 (in de Wette's Ausg. Th. 1. S. 196 f.): Dominus tecum, vir fortissime. Gratulor misericordiae Dei, quae in te est, vir et eruditissime et humanissime, qua tandem praevaluisti obstruere os loquentium iniqua. Fuisti tu sane organum consilii divini, sicut tibi ipsi incognitum, ita omnibus purae theologiae studiosis exspectatissimum: adeo longe alia fiebant a Deo, et alia videbantur geri per vos. Eram ego unus eorum, qui tecum esse cupiebant, sed nulla dabatur occasio: eram tamen oratione et voto tibi semper praesentissimus. Sed quod tunc negatum est socio, nunc cumulatissime tributum est successori. Invadunt dentes istius Behemoth me, si quo modo sarcire queant ignominiam, quam retulerunt ex te. Occurro et ego ipsis longe quidem minoribus ingenii et eruditionis viribus, quam tu occurristi et prostravisti, sed non minore animi fiducia. — Fracta sunt in tua firmitate non parum quidem cornua horum taurorum. Hoc enim in te egit Dominus, ut tyrannus sophistarum aliquando et tardius et mitius disceret veris theologiae studiis resistere, ac respirare inciperet Germania, scripturarum doctrina tot heu annorum centenariis non tam oppressa, quam extincta. Non erant haec initia danda pulcherrimorum studiorum per hominem parvae gratiae: sed sicut Christum (sit venia comparationi) omnium maximum

